




Ἰακ. μὲν χῆρ' ἐν ἀδελφῶν, ἑδρένας ἀφ' ἁρσιν
ἐν τῇ γένεσιν: τοῦ μετὰ τὸν - σφ. 327

καὶ θανὸν ἐπὶ τῶν ἐπιπέδων
φανία
συμβαίνει τῶν ἀποδοχῶν

530

Ἐπιπέδων ἀποδοχῶν

ΕΠΙΣΤΗΜΟΛΟΓΙΑ

CALENDARIUM
TYRNAVIENSE,
AD ANNUM
JESU CHRISTI
M. DCC. XXIX. 

PRIMUM POST BISSEXTILEM,

MERIDIANUM ^{AD} TYRNAVIENSEM,

Elevationem Poli ^{ET} 48. Graduum. 30. m.

IN USUM

REGNI HUNGARIÆ,

^{AC}
VICINARUM PROVINCIARUM,
OPERA ET STUDIO

CUJUSDAM ASTROPHILI

è Societate Jesu,

IN ARCHIEPISCOPALI UNIVERSITATE
TYRNAVIENSI IN HUNGARIA.

Cum Privilegio Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis.

TYRNAVIÆ Typis Academicis, per Fridericum Gall.

925

AUGUSTISSIMO
**IMPERATORI
 CAROLO VI.**
 GERM: HISPAN:
 HUNG: BOHEM:
REGI.
 AUGUSTISSIMÆ
**IMPERATRICI
 ELISABETHÆ
 CHRISTINÆ.**

Vitam longævam, constantem Pacem,
 & omnem Felicitatem

Precatur

Typographia Academ: Societatis JESU
 Tyrnavienfis,

HIC ANNUS CURRENS
**A CHRISTO NATO
 M. DCC. XXIX.**

PRIMUS POST BISSEXTILEM,

	EST.	
A Mundi Creatione,	5678	
Ab initio Regni Hungariæ,	729	
Ab initio Regni Bohemiæ,	643	
Ab initio Turcici Imperij,	429	
Ab initio Regni Dalmatiæ,	1229	
Ab initio Regni Bulgariæ,	1221	
Ab accellione Regni Croatiae, Sclavoniae, & Dalmatiæ ad Coronam Hungariae Servia, Bulgariæ, & Boffnia,	659.	
A Rudolpho Primo Austriaco Imperatore,	397.	
Ab Ereclione Austriæ Marchionatus in Ducatum,	457.	
Ab ejusdem continuo Regimine in Regno Hungariæ,	563	
A Nativitate Augustissimi Imperatoris CAROLI VI. primâ Octobris	102	
Ab ejusdem in Regem Hungariæ Coronatione,	44	
in Regem Boëmiæ,	17	
in Regem Boëmiæ,	6	
A Nativitate Augustissimæ Imperatricis ELISABETHÆ CHRISTINÆ 13. Augusti	38	
Ab ejusdem in Reginam Hungariæ Coronatione,	15	
in Reginam Boëmiæ,	6	

HOC ANNO CURRENTI. M. DCC. XXIX,

Aureus Numerus	1.	Litera Martyrologii	P.
Epacta	7.	Intervallum intra Natalem Domini,	
Cyclus Solaris	2.	& Dominicam Quinquagesimæ	
Indictio Romana	7.	continet Hebdomadas 9. diem 0.	
Litera Dominicalis	B.	Dominicæ post Pentecosten XXIV.	

FIGURÆ SIGNORUM ZODIACI

♈ Aries.	♋ Cancer.	♎ Libra.	♏ Capricornus.
♉ Taurus.	♌ Leo.	♏ Scorpio.	♐ Aquarius.
♊ Gemini.	♍ Virgo.	♏ Sagittarius.	♑ Pisces.

FIGURÆ ET NOMINA PLANETARUM, ALIARUMQUE NOTARUM.

● Novilunium.	♌ Coniunctio.	♄ Saturnus.	☾ Luna.
☾ Primus Quadrans.	♍ Oppositio.	♃ Jupiter.	☽ ante meridiem.
● Plenilunium.	▲ Triangular. aspect.	♂ Mars.	p. m. post meridiem.
☾ Ultimus Quadrans.	□ Quadratus aspectus.	☉ Sol.	G. Gradus.
♁ Caput Draconis.	* Sextilis aspectus.	♀ Venus.	H. Hora.
♁ Cauda Draconis.	↯ Retrogr. D. Direct.	♁ Mercurius.	M. Minuta.

JANU-

JANUARIUS habet dies XXXI.

D.	M.	FESTA	Cursus		Ort.	Qec.	Aspectus Lunæ cum Planetis, horum inter se, ac variorum Obsecrationes in singulos dies.
			S.	Gr.			
		SANCTORUM					

1 a Circumcis. D. N. J. C. 3 11. 2 7. 17. 53 4. 7 6 6. 6 5. Serenum innox

2 b Dominica infra Octav. Nativitatis vacat. Evang. Q. Anv. 2. Saph.

3 b		Macarii Abbatis.	17	12.	9.	7. 53	4. 7	6 h. Δ 4. * 5. D 8.	tur-
4 c		Genovefæ Virgin.	0	19.	10.	7. 52	4. 8	* h 5.	batur.
5 d		Titi Episcopi.	12	14.	11.	7. 51	4. 9	□ 5. Long. diei h. 8. m. 18.	Alter-
6 e		Telephorj, Vigil.	25	15.	12.	7. 51	4. 9	□ 4. Long. noct. h. 15. m. 42.	nat
7 f		Epiphania D. N. J. C.	7	16.	13.	7. 50	4. 10	* 6.	cmu ven-
8 g		Canuti Regis.	19	17.	14.	7. 49	4. 11) h. 7. m. 50. a. m. Δ 5. 6 4 5.	
9 a		Severini Abbatis.	1	18.	16.	7. 49	4. 11	□ 6. D. Apog. 5. ingr. 2. 5. 11.	titii.

10 b Dom. infra Octav. seu 1. post Epiph. Evang. Cum factus esset JESUS innox. 11. Luc. 2.

9 b		Juliani Martyris.	12	19.	17.	7. 48	4. 12	□ h. □ 5.	Air nonnihil
10 c		Agathonis Papæ.	24	20.	18.	7. 47	4. 13	Decl. ⊙ ab æq. ad a. u. gr. 21. m. 53	
11 d		Hygini Papæ.	7	21.	19.	7. 47	4. 13	Δ 6. 6 h 5.	obscurus
12 e		Probi Episcopi.	19	22.	20.	7. 46	4. 14	Δ h. 6 4. Δ 5.	& nivo-
13 f		Mauri Abbatis.	1	23.	21.	7. 45	4. 15	6 5. Δ 4 5.	sm.
14 g		Hilarij Episcopi.	14	24.	22.	7. 44	4. 16	Alt. ⊙ mer. gr. 20. m. 48.	Seren-
15 a		Pauli primi Eremitæ.	27	25.	23.	7. 43	4. 17	hy. m. 47. 12. 2. ingr. X. 14.	tas.

16 b Dominie, 11. post Epiph. Evang. Nuptie facte sunt in Cana Galilee. Joann. 2.

16 b		SS. Nomin. JESU.	10	26.	25.	7. 42	4. 18	6 6.	Inconstans
17 c		Antonij Abbatis.	24	27.	26.	7. 41	4. 19	6 h. * 4. 6 5. 2 5.	Remis-
18 d		Gathed S. Petri Rom.	7	28.	27.	7. 40	4. 20	Δ 5. Crep. mat. inc. h. 6 m. 23 sum	sum
19 e		Saturnini Martyr.	21	29.	28.	7. 39	4. 21	□ 4. & Vesp. def. h. 5. m. 37.	
20 f		Fabiani & Sebastiani.	5	30.	29.	7. 37	4. 23	Δ luc. h. 8. m. 4. a. ort. ⊙.	
21 g		Agneti Virg. Mart.	19	1.	30.	7. 36	4. 24	Δ 4. Δ 6. □ 5.	Conti-
22 a		Vincentii Martyr.	3	2.	31.	7. 35	4. 25	(h. 9. m. 49. 2 m. Δ 5.) Postig	

23 b Dom. III. post Epiph. Evang. Cum descendisset JESUS de monte. Matth. 8.

23 b		Joannis Eleemosyn.	18	3.	32.	7. 34	4. 26	Δ h. □ 6. * 5.	mut.
24 c		Timothei Episcopi.	2	4.	33.	7. 33	4. 27	□ 5.	Nebulo-
25 d		Convers. S. Pauli Ap.	16	5.	34.	7. 32	4. 28	□ h. 6 4. * 6.	sum.
26 e		Polycarpi Episcopi.	0	6.	35.	7. 30	4. 30	* 5.	Variat:
27 f		Joann. Chrysof. Ep.	14	7.	36.	7. 29	4. 31	* h. Δ h 4.	Vetus
28 g		Margar. V. R. U. Fil.	28	8.	37.	7. 28	4. 32	6 5. 2. ingr. 2.	Nubi-
29 a		Francisci Salefii Ep.	11	9.	37.	7. 26	4. 34	● h. 7. m. 48 a. m. 6 h 6. Δ 4 6.	

30 b Dom. IV. post Epiph. Ascendens JESUS in Naviculam. Matth. 8.

30 b		Martine Virg. Mar.	15	10.	35.	7. 25	4. 35	Δ 4. 6 6. 2 8. 8. Dis. fr.	
31 c		Petri Nolasci Conf.	8	11.	39.	7. 24	4. 36	6 5. Crep. mat. inc. h. 7. m. 7.	

1	24.	06.	11	29.	0c.	46	4.	0c.	40	12.	0c.	54	20.	34	24.	42		
10	in	25.	6	in	28.	40	in	12.	46	in	23.	58	in	3.	9	in	24.	20
16	26.	12	27.	37	19.	38	6.	X	11	18.	17	24.	7					

AXIOMATA JURIS.

423. **S**ermo generalis, & indefinitus in odiosis verificatur in duobus. *Barbosa axiom. 206. n. 5. Ex quo deducit, quod provifus afferens obtinere se alia beneficia, non excusetur a surreptione, si obtineat ultra duo beneficia. Ratio Regula patet ex Reg. Jur. Can. 40. Pluralis locutio duorum numero est contenta. Et Reg. Jur. Can. 15. Odia restringi, & favores convenit ampliari. Hinc dicitur in Can. is cui, de Præbend. in 6. quod si Papa dispensavit mecum de pluribus beneficiis obtinendis non declarando aliter, ad duo tantum extendi: quia hac dispensatio est odiosa. Caterum limitatur maxime in casibus, quibus in jure aliud statutum est: ut in testamento nomine plurium Testamentum veniunt 7. In depositione pecunia tres: in donatione causa mortis quing; &c. Denique adverti præcipue debet ad modum loquendi, & intentionem disponentis: Sic si testator præcepit, ut hæres in ade sacra ponat statuas Apostolorum, non sufficit duorum Apostolorum statuas ponere: quia Apostolorum nomine veniunt duodecim. Bartol. in l. Titian. iii. de auro, & argento legato.*

424. Singularitas, non pluralitas actuum præsumitur. *Arg. C. 8. in presentia de Probat. & l. 19. omnium testamentorum Cod. de testam. Quod adeo, inquit Barbosa, verum est: ut error potius quam pluralitas actuum præsumatur. Est autem actus generale verbum apud Jurisconsultos, & significat, sive verbis, sive re quid agatur, ut in stipulatione, vel muneratione. Hinc inferunt DD. Contractuum, & instrumentorum pluralitatem non præsumi, sed ab allegante probari debere. Et quamvis aliqui velint, præsumi pluralitatem rerum, actuum, & personarum, quando agitur criminaliter, & ad penam; nihilominus tamen Menochius de Præsumpt. l. 6. præsumpt. 15. n. 18. contrarium resolvit, aitq; quando delictum & delicti pena evitaretur, præsumendam unitatem, & identitatem: nisi præsumptio cedat veritati, propter allegata, & probata in contrarium.*

425. Servitutem mortalitati ferè comparamus. *Est Reg. Juris Civ. 210. Rationem reddit Glossa, ibid. Si quis fiat servus, pro mortuo habetur: nam testamentum facere non potest, nec esse testis, vel Judex, vel arbiter: additque rationem, cur dicatur, ferè, ferè autem ideo dicit: quia si fiat servus hostium, & redeat, nec captus videtur. Hinc in Reg. Jur. civ. 33. quod attinet ad jus civile, servi pro nullis habentur: non tamen & jure naturali: quia quoad jus naturale omnes homines æquales sunt, Et ideo à natura congenitus est omnibus hominibus amor libertatis: nec aliquid gratius offerri potest servo, quam libertas: de qua dicit Reg. Jur. civ. 107. libertas inestimabilis res est. & 165. libertas omnibus rebus favorabilior: quia fundantur in ea omnia propria bona: Servus enim nihil proprium habet neq; se ipsum.*

FEBRUARIUS habet dies XXVIII.

Diebus	Lit. nō.	FESTA	Cursus		Ora. Occ.	Aspectus Lunæ cum Planetis, horum inter se, ac variorum Observationes in singulis dies.
			S. G.	Gr. Ml.		
1 d		Ignatii Episc. Mart.	19	40	7. 22 4. 38	☐ ♀. ♂ ♀. Nubilum
2 c		Purificat. S. M. V.	20	41	7. 21 4. 39	* ☉. Decl. ☉ ab æq. ad A. R. gr. 16.
3 f		Blasii Episc. Mart.	21	42	7. 20 4. 40	* ♀. ♂ Ingr. X. (m. 45. Continuat.
4 g		Andree Corin. Ep.	22	43	7. 18 4. 42	* ♀. * ☉. Vari-
5 a		Agathæ Virg. & M.	23	44	7. 17 4. 41	☐ ☉. ☽ Apog. ab.

Dom. V. post Epiph. Evang. Simile factu est Regnum Cælorum homini, qui seminavit. Matth. 13

6 B		Dorotheæ V. & M.	24	45	7. 15 4. 45	☽ h. 5. m. 16. a m. ☐ h.
7 c		Romualdi Abbatis.	25	46	7. 14 4. 46	☐ ☉. Tempus Re-
8 d		Joannis de Matha.	26	47	7. 12 4. 48	♂ ♀. Δ ☽. ♂ ☉ ☽. missum.
9 e		Apolloniæ Virg. M.	27	48	7. 10 4. 50	Δ h. Δ ☽. ☐ ♀. ♀ Ingr. V.
10 f		Scholasticæ Virg.	28	49	7. 9 4. 51	* ♀. ☽ luc. h. 12. m. 32. p. occ. ☉.
11 g		Lucii Martyris.	29	50	7. 7 4. 53	Δ ☽. Δ ♀ ☽. Ven-
12 a		Eulaliæ Virg. Mart.	30	51	7. 5 4. 55	♂ h. ☽. tosum.

Dom. Septages. Ev. Simile est Regnum Cælorum Homini Patrifamilias. Matth. 20.

13 B		Antonini Episcopi.	19	48	7. 4 4. 56	☽ h. 10. m. 17. p. m. Ecl. ☽ vii. ☽ ☽
14 c		Valentini Episcopi.	20	49	7. 3 4. 58	♂ ☽. Δ ♀ ☉. ☽ Ingr. X. Nubilum
15 d		Faustini & Jov. MM.	21	50	7. 2 4. 59	☐ ♀. Crep. mat. inc. h. 5. m. 45. ☽
16 e		Julianæ Virg. Mart.	22	51	6. 59 5. 1	♂ ☽. Et Vesp. def. h. 6 m. 15.
17 f		Juliani Martyr.	23	52	6. 57 5. 3	Δ h. Δ ♀. ♂ h. ☉. Obscurum.
18 g		Simeon. Ep.	24	53	6. 55 5. 5	Δ ☽. ☽ Perig. Mutatur.
19 a		Gonradi Placent. C.	25	54	6. 52 5. 8	♂ Dir. Alt. ☉ mer. gr. 30. m. 51.

Dom. Sexagesima. Evang. Exijt, qui seminat seminare semen suum. Luca 8.

20 B		Eusebii Ep.	26	55	6. 50 5. 10	☽ h. 5. m. 32. p. m. ☐ h.
21 c		Felici Ep. M.	27	56	6. 49 5. 11	♂ ♀. ☐ ☽. Δ ♀. ☐ ☽. h Ingr. X
22 d		Gath. S. Petri. Antio.	28	57	6. 47 5. 13	* ♀. ♂ ☽ ☽. Venti
23 e		Roman. Virg. Vig. †	29	58	6. 45 5. 15	* ☐. * ♀. * ☽. adstrin-
24 f		Mathiæ Apostoli.	30	59	6. 44 5. 16	Long. diei h. 10. m. 32. gi-
25 g		Victorini M.	1	60	6. 42 5. 18	* ♀. Lōg. noct. h. 13. m. 28. sur
26 a		Victoris Martyr.	2	61	6. 40 5. 20	♂ h. Δ ♀. ☽ ☽. terra gelu.

Dom. Quinquagesima. Evangelium. Ecce ascendimus Hierosolymam. Luca 18.

27 B		Leandri Ep.	3	62	6. 39 5. 21	☽ h. 11. m. 15. p. m. Ecl. ☉ Invis.
28 c		Romani Abb.	4	63	6. 37 5. 23	☐ ♀. ♂ ☽. ♂ ☽. Ventus Variat.

1	h	27. Oc. 37	♂	26. Oc. 41	♂	29. Oc. 9	♀	20. Oc. 42	☽	17. Oc. 49	☽	24. D. 4	Cursus
10	ln	28. 42	ln	26. 16	ln	6. X 14	ln	1. V 28	ln	23. X 36	ln	24. 6	
20	h	29. 53	h	26. 8	h	14. 5	X	13. 13	h	12. 15	h	24. 10	Pl

Επισημασθησαν προσωποιστρον του μηνου ητοιχασηστρον του
 ημερολογιου μετρησθηστρον ημερων του εσθιου του μηνου
 ητοιχασηστρον

Εσθιου του μηνου ητοιχασηστρον

426. Servus Reipublicæ causâ abesse non potest. *Reg. Jur. civ. 212.*
*Ratio colligitur ex modo cit. Reg. quod attinet ad jus civile servi pro nullis habentur: ergo nec eorum præsentia utilis censetur Reipublicæ: adeoque; nec gaudere possunt privilegio Regula 183. vi cujus absentia ejus, qui reipublica causâ abest, neque ei, neque aliis damnosa esse debet: neque enim sentire quis debet pœnam ex eo, unde meretur præmium: dum pro Reipublica commo-
 modo non sinè suo incommodo, domo absens alibi laborat, adeoque potius præ-
 sens quàm absens dici debeat.*

427. Sicuti pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet: ita nec lucrum facere, si quid ex ea re (nempe delicto) ad eum pervenisset. *Est Reg. Civ. 39. Glossa exemplificat ibi: Si mihi feceris injuriam, vel rapinam; pœnaliter mihi agenti, civiliter teneris: hæres autem tui non tenentur, nisi contra te lis fuerit contestata. ubi vides limitationem: quæ fit etiam infra: Si tamen quid turpiter pervenit ad hæredem, ei auferitur. Et nota, quòd sufficit semel ad hæredem pervenisse. Ratio colligitur ex Reg. 10. Jur. Civ. Secundùm naturam est commoda cujusque rei cum s: qui, quem sequuntur incommoda: Et contra, qui sentit commodum (ex accepta hereditate) sentire debet & onus, restituendi nimirum, quòd est alterius, & à defuncto per injuriam detentum.*

428. Si filius familias sub conditione stipulatus, emancipatus fuerit, deinde exstiterit conditio, patri actio competit: quia in stipulationibus id tempus spectatur quo contrahimus. *Est Regula Jur. Civ. 19. Hinc in antiqua Regularum Juris Civ. impressione huic Regula additur hic tenor: Qui cum alio contrahit, vel est, vel esse debet non ignarus conditionis ejus. Quod l. 78. ff. de verborum obligationibus Glossa declarat hoc exemplo: Habes filium in potestate, qui stipulatur à Titio centum: certum est, quòd filius mihi acquirat: post hanc stipulationem emancipo eum, quaritur: utrum actio mihi competat post emancipationem ejus. Respondetur, quòd sic: quia tempus, quò stipulabatur, inspicitur. Est autem stipulatio Contractus nominatus verbis initus, interrogatione præcedente, & congrua interrogationem subsequente responsione: quâ respondens interroganti obligatur ad dandum, vel faciendum id, quòd se daturum, vel facturum promittit. In hujusmodi contractibus spectatur tempus, quò fiunt: quòd non contingit in legatis.*

429. Si in duabus actionibus alibi summa major, alibi infamia est, præponenda est causa existimationis: ubi autem æquiparantur famosa iudicia, etsi summam disparem habeant, pro paribus tamen accipienda sunt. *Est Reg. Jur. Civ. 105. Sensus, juxta Decium est: quod in dubio videatur facta solutio in causa, quæ removet infamiam: In dubio enim, inquit, capitur præsumptio, ut infamia evitetur. Ratio est: quia honor bonorum est maximum: & honoris, ac vita eadem est ratio: ergo bonis fortuna bene in periculo præfertur. Proccedit Regula: etiamsi debitum majoris esset summa. Hinc, ut notat Decius, condemnatus ad restitutionem rei furtiva, in dubio non intelligitur condemnatus actione furti; sed conditione furtiva, quæ non facit infamem. Altera pars Regula: ubi autem æquiparantur &c. facit hunc sensum: cum ex duobus judiciis utrumque famosum est, æquiparantur, etsi habeant summam inaequalem: quia præcipua ratio habetur honoris, & existimationis. Exempla videri possunt in Glossa Verb. si in duabus.*

430. Si librarius in transcribendis stipulationis verbis errasset nihil nocere, quod minus & reus, & fidejussor teneretur. *Est Reg. Jur. Civ. 93. Per librarium, ut notat Glossa, intelligitur scriptor librorum, vel Notarius, apud quem fiebat testamentum per *as* & libram. Sensus proinde est: quod error Notarii non vitiet instrumentum, seu actum inter partes celebratum. quod Glossa extendit ad alios contractus, & rationem reddit ibi: Idem in ceteris contractibus intelligas: nam plus valet, quod agitur (hoc est, quod intendunt partes) quam quod scribitur: cum juxta Reg. Jur. Civ. 35. semper in stipulationibus & ceteris contractibus, id sequimur, quod actum est. Limitationis exempla, de usu fruct. leg. l. 1. si alii, item in libello supplicatorio, ac denique in testamentis, sive in legando videri possunt in Glossa Regula allata.*

431. Simile non est idem. *Barbosa axiom. 208. allegans Glossam in l. quod Nervia, & Bartolum ff. depositi, l. pecuniam. Res clara est apud Rhetores, & Dialecticos: apud quos aliud est argumentum à simili, aliud à pari, seu identitate rationis: cum omnis similitudo claudicat; paritas autem in omnibus eodem modo procedat. Quamvis autem, ut notat Baldy consil. 408. Quidam civis n. 8. & Barbosa l. cit. n. 2. simile non possit dici identitas, tamen valde simile reputatur idem.*

APRILIS habet dies XXX.

Dies	Lit. no.	FESTA SANCTORUM.	Cursus		Ort. Occ.		Aspectus Lunæ cum Planetis, horum inter se, ac variæ Obsecrationes in singulos dies.	
			S.	G. Or.	Mi.	H.M.		
1	B	Hugonis Episcopi.	13	11.	40.	5. 41	6. 19	☽ Apog. Alt. ☉ mer. gr 46. m. 45.
2	B	Francisci de Paula.	25	12.	39.	5. 39	6. 21	☽ h. ☿ ☿ Humidum
<p>Dom. Judica seu Passiv. V. Quadr. Evan. Quis ex vobis arguet me de peccato. Joan. 8.</p>								
3	B	Richardi Episcopi.	7	13.	38.	5. 37	6. 23	* ☽. ♀ Ingr. II. <i>Varium</i>
4	C	Ilidori Episcopi.	13	14.	37.	5. 36	6. 24	☽ ♃. ☽ ☿. <i>Serenissim.</i>
5	D	Vincentij Ferrerij.	1	15.	36.	5. 34	6. 26	☽ h. <i>Serenissim.</i>
6	C	Godefridi Papæ.	13	16.	35.	5. 32	6. 28	☽ h. 7. m. 7. p. m. ☽ ☿. ☽ ☿. ad <i>Modicum</i>
7	F	Higelippi Episc.	25	17.	34.	5. 30	6. 30	* ♀. ☽ Dir. <i>Modicum</i>
8	G	Dionysij Episcopi.	8	18.	33.	5. 28	6. 32	☽ ☿. ☽ luc. h. 7. m. 38 p. occ. ☉. <i>Minatur.</i>
9	A	Mariæ Aegyptiacæ.	21	19.	32.	5. 26	6. 34	☽ h. ☽ h. ☽ ☿. ☽ ☿. <i>Minatur.</i>
<p>Dom. Palm. VI. Quadr. Ev. Cum appropinquasset JESUS Hierosolymis, Matth. 21.</p>								
10	B	Macarii Episcopi.	5	20.	30.	5. 25	6. 35	☽ ♀. ☽ Ingr. 69. <i>Pluviam</i>
11	C	Leonis Papæ Conf.	19	21.	29.	5. 23	6. 37	☽ ♃. ☽ ♀. <i>frigida aut</i>
12	D	Julii Papæ.	4	22.	28.	5. 21	6. 39	☽ ♀. <i>Ventum.</i>
13	C	Hermen-gildi M.	19	23.	27.	5. 20	6. 40	☽ h. 7. m. 14. p. m. ☽ ♃. ☽ ☿. <i>Ventum.</i>
14	F	Cæna Domini.	4	24.	25.	5. 18	6. 42	☽ h. Crep. mat. inc. h. 4. <i>Aura</i>
15	G	Parasceve.	19	25.	24.	5. 16	6. 44	☽ ♀. ☽ ☽ ☽. ☽ Perig. exsiccans. <i>Obcuratur</i>
16	A	Sabbath. Sanctum.	4	26.	22.	5. 15	6. 45	☽ h. ☽ Ingr. 7. <i>Obcuratur</i>
<p>Dom. Resurr. D. N. J. C. Evan. Maria Magdalene, Maria Josephi, & Salome, Marci. 16.</p>								
17	B	PA S G H A	19	27.	21.	5. 13	6. 47	☽ ♃. ☽ ☽. ☽ ☽. ☽ ♃ ☽. <i>Ventum</i>
18	C	Fer. II. Paschat.	4	28.	19.	5. 11	6. 49	* h. Long. diei h. 13. m. 40. <i>ii.</i>
19	D	Fer. III. Paschat.	17	29.	18.	5. 10	6. 50	* ♀. Long. noct. h. 10. m. 20. <i>ii.</i>
20	E	Sulpicij Mart.	1	30.	16.	5. 8	6. 52	☽ h. 10. m. 19. a. m. <i>alter-</i>
21	F	Anselmi Episcopi.	14	1.	15.	5. 7	6. 53	☽ ♀. * ♃ ☽. ☽ ☽. <i>nant</i>
22	G	Soteris & Caji M.M.	27	2.	13.	5. 6	6. 54	☽ h. ☽ ♃. ☽ Ingr. 8. <i>Nubi</i>
23	A	Adalberti Ep. M.	9	3.	11.	5. 5	6. 55	☽ ♀. * ♃ ☽. <i>l-m</i>
<p>Domine in Albâ. I. post Pascha, Evan. Cum sero esset die illo. Joann. 10.</p>								
24	B	Georgij Martyris.	22	4.	10.	5. 3	6. 57	☽ ☽. ☽ ab æq. ad Sept. gr. 12. m. 57. <i>ii.</i>
25	C	Marci Evangelistæ.	4	5.	8.	5. 1	6. 59	☽ ☽. Alt. ☽ mer. gr. 55 m. 14. <i>ii.</i>
26	D	Cleti Papæ.	16	6.	6.	5. 0	7. 0	* h. ☽. <i>pm variat.</i>
27	C	Anastasi Papæ.	25	7.	4.	4. 58	7. 2	* h. ☽ ☽. <i>Calor</i>
28	F	Vitalis Martyr.	10	8.	3.	4. 56	7. 2	☽ h. 7. m. 25. a. m. ☽ Apog. <i>Calor</i>
29	G	Petri Martyr.	22	9.	1.	4. 55	7. 4	Crep. vesp. def. h. 8. m. 30. <i>au-</i>
30	A	Catharinæ Senen. V.	4	9.	59.	4. 53	7. 5	☽ h. * h. ☽. <i>getur.</i>

1	B	4. Or. 32	2	28. Oc 43	☽	15. Oc. 3	☽	27. Oc. 20	☽	26. Oc. 1	☽	23. Oc. 13	
10	In	5. 25	In	29. 53	In	11. 51	In	6. II 9	In	26. O. 5	In	22. 35	
20	X	6. 23	II	1. 69	21	Y	19. Or. 20	☽	15. 5	X	3. Y 9	☽	21. 41

SISMARCOGELI

24- εσαρηνοαρ πρῆψηαλε τῆς δευτῆς ἡμέρας - Ν. γ. Σπ.

29- εσαρηνοαρ πρῆψηαλε τῆς δευτῆς ἡμέρας - Ν. γ. Σπ.

432. Sinè culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus. Est Regula Juris Canon. 23. in 6. Ubi Glossa: istud capitulum continet duas Regulas: prima est. quòd non debeat quis puniri sinè culpa: secunda Regula est: quòd punitur quis sinè culpa, quando subest iusta causa. De prima casus est l. Si putator ff. ad legem Aquiliam, de Titio putante frondes in suo fundo, à quibus aliquis transeundo occisus est, utrum putator teneatur lege Aquilia? Et respondet, distinguendum, an scil. aliqua culpa possit apprehendi in putatore: quia fortè arbor illa erat juxta iter publicum, & non proclamavit &c. Et tunc tenetur lege Aquilia. Aut arbor ipsa erat in medio sui fundi, & quia non potuit cogitare, quòd ibi aliquis transitum faceret, quia non erat licitum, transitum facere per suum fundum, & sic non tenetur: quia non est in culpa: Et sinè culpa: non est aliquis puniendus. Pro secundo figurat casum per 6. si cujus 11. dist. 34. An. Scil. Titius si contrahat matrimonium cum vidua corrupta, efficiatur bigamus; & dicitur, quòd sic: & non poterit promoveri ad ordines: & non punitur ex culpa sua; sed quia subest infra causa, Scil. propter defectum Sacramenti &c. Alia exempla Canisius affert de filiis reis lesa Majestatis: de receptis ad Monasterium, vel Ecclesiam per Simoniam, licet ignorantibus, in quibus crimen Simonia vindicatur: de Sacerdote divinitus leprà percusso, etiam sinè culpa, saltem quantum constat: qui non sinè causa removetur, videl. propter horrorem & scandalum populijuxta Can. 4. Extravag. de Clerico agrotante.

433. Sinè possessione præscriptio non procedit. Est Reg. Jur. Can. 3. in 6. Concordat cum L. sinè possessione 25. ff. de usucapione: ibi: sinè possessione usucapio contingere non potest, at hoc est, sinè possessione vera, vel ficta, ut in ibid: Glossa. Cum his concordat tritum illud: Præscriptum tantum censetur: quantum possessum, docemurque præscripturo summe necessariam esse possessionem, non modò ad inchoandam, sed etiam continuandam possessionem: si enim medio tempore interrupta fuerit, cessabit præscriptio. Intelligitur autem per possessionem, corporalis rei detentio corporis & animi, jurisque adminiculis, qua proin esse potest duplex, naturalis, & civilis. Illa corpore & re ipsa; ista verò juris autoritate nititur, & haberi potest etiam ab absente.

434. Singula, quæ non profunt, multa collecta juvant. *Barbosa axiom.*
 209. *Intelligit autem cum Abbate consil. 16. quando singula genere suo sunt perfecta, secus si imperfecta & vitiosa. Præterea, ut declarat Alex. consil. 21. procedit in civilibus, in quibus agitur de modico præjudicio: non item in criminalibus: cujus etiam instantiam habemus in moralibus: quamvis enim multa furta minuta, si moraliter conjungantur, faciant magnam quantitatem, & materiam peccati mortalis contra 7. Præceptum; nunquam tamen efficiunt plurima peccata venialia unum mortale. Deniq; ut notat Barbosa l. c. n. 3. Maxima procedit, quando agitur de re difficilis probationis, ex sui natura: in qua probationes plures seorsim insufficientes, simul accepta, modo tendant ad idem, aliquid efficere possunt. Ex quibus habemus limitationem, & rationem.*

435. Si nemo subit hæreditatem, omne jus testamento solvitur. *Est Reg. Jur. civ. 142. Sensus est: quod hæredes deficiente nullum sit testamentum: Sic enim declarat l. si nemo de testam. tutela, ibi: Si nemo hæreditatem adierit: nihil valet ex iis, quæ testamento, scripta sunt: si verò unus ex pluribus hæredibus adierit, tutelæ statim valeant. Caterùm sufficit aditio coacta. Ratio sumitur ex dispositione legum, & definitione testamenti: quod, juxta Modestinum l. 1. ff. qui testamentum facere possint, est voluntatis nostra juxta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit: debet igitur saltem aliquis esse, qui tanquam hæres, seu loco defuncti positus, hoc exequatur; quod nemo facile fecerit, nisi cum onere commodum sentiat hæreditatis. Quod tamen in milite locum non habet: neque si hæreditas pro adita habeatur: neque si hæres existat etiamsi institutus non sit: neque in legatis ad pias causas: neque si ita expressè disponat testator, ut valeant legata, hæreditate etiam non adita: ut observat Alex. in l. cit. nemo potest.*

436. Si quis obligatione liberatus sit, potest videri accepisse. Non potest videri accepisse, qui stipulatus potest exceptione submoveri. *Est Reg. Jur. Civ. 116. & duabus constat partibus. Prima exemplum ponit Glossa, ibi: si testator legaverit creditori meo 10. quæ debeo, mei contemplatione, ut à te liberer, videor ego capere totum, etiamsi parvum vel nihil habeam &c. Ratio patet: quia in morali estimatione idem est, quod à debito liberer, quam si in bonis haberem, quod tamen alteri deberem. Posterioris argumentum est à contrario, & sensus colligitur ex Reg. Jur. civ. 182. §. fin. Non videtur perfectè cujusvis id esse, quod ex causa auferri potest: & non videtur quisquæ id capere, quod ei necesse est, aliis restituere. Exemplum ponit Glossa in cit. Reg. Si quis, verb. non potest, ibi: si dolo vel metu me induxisti ad promittendum tibi, nil videris accepisse, id est, acquisivisse: cum habeam exceptionem doli vel metus, &c.*

437. Si quis pręgnantem uxorem reliquit non videtur sinę liberis decessisse. *Est Reg. Jur. civ. 187. Casu notabile figurat Glossa sic:* Institui te hęredę: & si decedas sinę liberis, rogavi, ut hęreditatę restituas: si pręgnantę uxorem relinquis, non videtur conditio defecisse: & mox limitat. Sed certę nec extitisse: quia, si mortui nascantur, pro non conceptis, & non natis habentur: ut sup. de verb. signif. l. qui mortui: nisi in casu, ut in eo tit. Quęret aliquis. Item, quid si institutus non uxore, sed concubiną pręgnantem reliquisti. Respond: idę ut sup. ad Trebell. l. ex facto §. Si quis rogatus. *Ratio Regula est: quia proles verę ipsius est, licet necdum in lucem sit edita. Hinc inferunt DD.*
 1. substitutum non admitti. 2. Esi partus nascatur secto ventre, adhuc eundem substitutum excludi. 3. In dubio, an sit uxor pręgnans, afferenti illi credendum esse; concurrentibus tamen aliis quoque conjecturis. 4. propter spem natiuitatis illam mitti debere in possessionem.

438. Socii mei socius, socius meus non est. *Paulus Bursius J. C. in Pandectas Justiniani l. 17. Ad reg. l. qui admittitur 19. ff. pro socio. Rubr. ibi:* Si socius meus admittit in societate alię socium, admissus, mihi socius non est. *Ratio patet ex l. cit. ibi: cum enim societas consensu contrahatur, socius mihi esse non potest, quem ego nolui socię esse. Quid ergo si socius meus admisit? ei soli socius est. Exemplę affert l. c. Bursius sic: unde quasitę est, stante statuto, ut inter conjuges luctri ac damni societas sit, nec defuncto conjugę uno comunio finiatur, mihi inventario confecto, & hęredibus tradito: cum ex facto accidisset, ut mulier defuncto marito, inventario necdę tradito, nupsisset viro secundo, liberos primi matrimonii ad divisionę, ac solutionę societatis provocare, ut i liberi dodrantę habituri sint massa prioris, eod quod aucta illius facultates videantur societate matrimonii secundi? sed Costalius decreto Curie Parisiensis iudicatę refert, tantę semissem habituros; idq; comode argumento hujus textus evincitur. unde constat, hic non valere illud Philosophorę quęcunq; sunt eadę uni tertio. &c.*

439. Solutionę diminutą creditor recipere non tenetur. *Arg. l. 41. Tutor. §. Lucius Titius ff. de usuris. Ratio est: quod hujusmodi solutio multas adferre soleat difficultates: ut dicitur l. 3. planę ff. familia erciscunde. Ibi planę ad officium Judicis non nunquam pertinet, ut debita & credita singulis pro solido, aliis alia attribuat: quia sæpe & solutio & exactio partium non minima incommoda habet. Bart. & Alex. in l. quidam estimaverunt ff. Si certum petatur. Aliud est, si conventum sit aliter: ut nimirum per partes debitum possit exsolvi: vel si æquitas ita suadeat ob circumstantias in quibus non nisi per partes solvere debitor possit.*

440. Solvens alteri, quam vero creditori, non liberatur. *Deducitur ex l. 25. ff. de negot. gest. Ibi: Si ego hac mente pecuniam procuratori dem, ut ea ipsa creditoris fieret, proprietas quidem per procuratorē non acquiritur. Et Rubr. ibi: per solutionem factam gestori, non liberatur solvens: nec dominium acquiritur creditori, nisi rati habitatione secuta. Ratio est, quia qui licet per se rei sua moderator, & arbiter est; non alter, nisi hunc substituatur sibi: prout fit per rati habitationem solutionis alteri, quam creditori facta; item per mandatum: quia juxta Reg. Jur. Can. 10. Rati habitationem retrahit, & mandato non est dubium comparari. Notat insuper Abbas consil. 80. l. 1. non liberari solventem alteri: etiamsi caveant cum fidejussione, de relevando creditorem, aut debitorem indemnem.*

441. Solutū indebitē, conditione indebiti repeti potest. *colligitur ex l. 41. ff. de conditione indebiti: ibi: nam hoc naturā æquum est, neminē cum alterius detrimento fieri locupletiosem. Si igitur solutum est aliquid per errorem, cum errantis nullus sit consensus, conditione indebiti repeti potest. e. g. dum à procuratore solutum est debitum, & ipse principalis denuo solvit, ignorans solutum esse à procuratore. Est autem conditio indebiti, dum soluta indebita repetuntur: sive per ignorantiam facti, dum quis erravit in suo facto: sive per ignorantiam juris indebita solvantur: cum ignorantia juris nulli debeat nocere, in damno vitando. l. Juris ignorantia ff. de jur. & facti ignor.*

442. Spoliatus ante omnia est restituendus. *Sumitur ex Can. 3. q. 5. Causa 3. Ibi: Redintegrandi sunt omnia ex spoliatis &c. in eo in eo loco, unde abscesserunt, funditus revocanda. Imò ut dicitur Can. 2. q. 2. in Rubr. dum possessiones vel res Episcopi detinentur, aliquid ipsi objici non potest. Rationem dat Glossa in Can. 3: oportet 8. nudi: quia is, qui spoliatus & nondum restitutus est, non potest sufficere ad sumptus judiciales, nec invenit homines adeo favorabiles: & per hoc videtur, quod nec spoliatori, nec alteri teneatur respondere super aliquo, quod ei objicitur. Præcipitur idem in jure quoque Civili, l. 7. Si quis ad se fundum C. ad leg. Jul. de vi publ. Ibi: Ante omnia violentiæ causam examinari præcipimus, quis, ad quem pervenerit possidentem, ut ei, quem constiterit, amissæ possessionis jura reparentur. Caterum, ut regula vim habeat, præcipue requiritur; ut spoliatus probet se possedisse rem, quam sibi petit restitui. 2. ut spoliatus non habuerit notorium jus spoliandi. Plures conditiones afferunt Canonista in Tit. de Restit. spoliatorum.*

AUGUSTUS habet dies XXXI.

Die	FESTA	Gurfus		Ori.		Occ.		Aspectus Lunæ cum Planetis, horum inter se, ac variorum Observationes in singulis dies.		
		S.	G.	Gr.	Mi.	H.M.	H.M.			
1	Petri ad Vincula.	♌	23	9.	♌	1.	4. 36	7. 24	Δ h. Δ ♂. □ ♀.	Temperies.
2	Stephani P. M.	♌	11	9.	♌	58.	4. 38	7. 22	h. s. m. o. a m. Δ ♄.	
3	Invent. S. Steph. Pr.	♌	26	10.	♌	56.	4. 39	7. 21	□ h. Δ ♄. ♃ Perig.	Continuat.
4	Dominici Confess.	♌	10	11.	♌	53.	4. 40	7. 20	Long. diei h. 14. m. 42.	
5	Ded. B. M. V. ad Niv.	♌	25	12.	♌	51.	4. 42	7. 18	♂ ♀.	Aurgetur.
6	Transfigur. D. N. J. C.	♌	9	13.	♌	48.	4. 43	7. 17	♂ ♂. ♃ Ingr. ♄.	Calor.

Domin. IX. post Pentec. Evang. Videns Civitatem sevit super illam, Luca 19.

7	Cajetani Confess.	♌	23	14.	♌	46.	4. 45	7. 15	♂ ♄. ♂ ♄.	Mox tempera-
8	Cyriaci Mart.	♌	9	15.	♌	44.	4. 46	7. 14	Δ ♀ Crep mat. inc. h. 3. m. 15. tur.	
9	Romani M. Vig. †	♌	21	16.	♌	41.	4. 48	7. 12	♂ h. s. m. 32. s. m. Tel. ♃ vlt. ♃ ♄.	Nubilum
10	Laurentii Martyr.	♌	5	17.	♌	39.	4. 50	7. 10	♂ h. Δ ♂. ♃ Dir.	
11	Sufannæ V. M.	♌	18	18.	♌	36.	4. 51	7. 9	Δ ♄ Crep. vesp. def. h. 8. m. 39.	
12	Glazæ Virginis.	♌	1	19.	♌	34.	4. 53	7. 7	□ ♀. Δ ♄.	Se-
13	Hippolyti M. Vig. †	♌	14	20.	♌	32.	4. 55	7. 5	□ ♄. □ ♂.	renum.

Domin. X. post Pentec. Evang. Duo homines ascendere in Templum. Luca 18.

14	Eusebii Conf.	♌	26	21.	♌	29.	4. 56	7. 4	□ ♄. Δ h ♀.	Fuuvia
15	Assumptio B. M. V.	♌	8	22.	♌	27.	4. 58	7. 2	♃ luc. h. 6. m. 7. a. ort. ♂.	bre-
16	Hiacynthi Conf.	♌	20	23.	♌	25.	5. 0	7. 0	(h. s. m. 17. p. m.) Apog. vis	
17	Bonifacii Martyr.	♌	2	24.	♌	23.	5. 1	6. 59	□ h. * ♄.	Beranda.
18	Helenzæ Imperatric.	♌	14	25.	♌	21.	5. 3	6. 57	Decl. ♄ ab æq ad Sept. gr. 13. m. 4.	
19	Julij Martyris.	♌	26	26.	♌	18.	5. 5	6. 55	Δ h.	Calor re-
20	Stephani Reg. Hung.	♌	8	27.	♌	16.	5. 6	6. 54	♂ ♀. Alt. ♂ mer. gr. 54. m. 12. miss.	

Dominica XI. post Pentecost. Evang. Exiens IESUS de Aribus Tyth. Marci 7.

21	Bernardi Abbatis.	♌	20	28.	♌	14.	5. 7	6. 53	♂ ♄. ♂ ♂.	intenditur.
22	Timothei M.	♌	3	29.	♌	12.	5. 8	6. 52	Δ ♄. Long. Noct. h. 10. m. 14.	
23	Philippi Beni. Vig. †	♌	16	0.	♌	10.	5. 10	6. 50	♃ ♄. Crep. vesp. def. h. 8. m. 15.	
24	Bartholomæi Apost.	♌	29	1.	♌	9.	5. 11	6. 49	♂ h. 3. m. 6 p. m. Ed. ♂ inv.	
25	Ludovici Reg. Fran.	♌	12	2.	♌	6.	5. 13	6. 47	♂ h.	Nubes
26	Rosæ Limentis.	♌	26	3.	♌	4.	5. 15	6. 45	♂ ♄ ♂.	Tempesta-
27	Rufi Episcopi.	♌	10	4.	♌	2.	5. 16	6. 44	□ ♀. * ♄.	osa

Domin. XII. post Pentecost. Evang. Beati oculi, qui vident, quam vos videtis. Luca 10.

28	Augustini Ep. Ecc. D.	♌	24	5.	♌	0.	5. 18	6. 42	□ ♄. □ ♂. ♂ h ♂.	Grando vel
29	Decoll. S. Joan. Bapt.	♌	8	5.	♌	58.	5. 23	6. 37	Δ ♄. Apog. ♃ ad II. Tonitru	
30	Felic. & Adau. MM.	♌	23	6.	♌	56.	5. 20	6. 40	□ h. □ ♄. ♃ Perig. ♂ Ingr. ♄.	
31	Raimundi Nobil. C.	♌	7	7.	♌	54.	5. 21	6. 39	h. 1. m. 2. p. m.	

1	h	7.	Or.	45	♂	12.	Or.	44	♂	11.	Or.	28	♂	26.	♂.	♂	5.	Or.	59	♂	14.	D.	49	Curfus
10	ie	7.	9	in	24.	41	in	17.	25	in	2.	6	51	in	2.	D.	32	in	14.	50				
20	X	6	27	♂	26.	48	♂	23.	50	II	11.	57	♂	9.	Or.	14	♂	14.	♂	51				

10. εἰσηγοῖαν ὑπερφυσικὰ δι' τοῦ αἰθέρος δι' τὸν Ἰ. Ν.

18. εἰσηγοῖαν ὑπερφυσικὰ δι' τοῦ αἰθέρος δι' τὸν Μ. Ν. Δ. οὐδὲν ἔργον.

22. ἡλιμυρία καὶ ἰσχυρὰ ἀνέμους. Ἰ. Ν. οὐδὲν ἔργον.

28. εἰσηγοῖαν ὑπερφυσικὰ δι' τοῦ αἰθέρος δι' τὸν Μ. Ν. Δ. ἄλλοτε ἔργον.

443. Stylus curiæ pro lege habetur. *Deducitur ex tex. in C. ex literis, de Constit. Item ex C. 2. de Prebendis, in 6. & DD. communiter in C. fin. de prescript. Ratio est: quia ex stylo Curie, & iudicii non minus, quam ex lege (qua dist. 1. C. 3. definitur constitutio scripta, & ut habet Glossa ibi: dicitur lex, eò quòd legitimè liget) Principum colligitur mens, & voluntas: modò nulli abusus irrepperint: ut olim in Academia Parisiensi: de quibus agitur in C. II. de Constit.*

444. Subrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum subrogatur. *Arg. l. 10. Si cum iudicio. §. Injuriarum autem actio. §. ff. Si quis caution. Ibi: Injuriarum autem actio hæredi non competit: quamvis enim hæc stipulatio iudicio sistendi causam facta ad hæredem transeat, tamen hac in causa danda non est. Nam & defunctus, si vellet omisâ injuriarum actione, agere ex stipulata actione, non permetteretur ei. Hinc ratio patet: Regulæ magistralis, ut eam Anchor. vocat, consil. 421. Quia nimirum is, qui alteri succedit, seu subrogatur in aliquo jure, nec plus, nec minus potest habere, quam is habuit, cui subrogatur. Excipe casus penales, privilegiatos, & alios in jure contentos pro Regula limitatione: qua præcipuè datur: si subrogatus quoad conditionem, mores, scientiam æquandus non est cum illo, cui subrogatur.*

445. Subtilitas nimia juribus est exosa. *C. 6. dilecti filii. extra: de Judic. ibi: Provideatis attentius, ne ita subtiliter, sicut à multis fieri solet, ejusmodi actio intentetur iniquitatis; sed simpliciter & purè factum ipsum, & rei veritatem secundum formam Canonum, & Sanctorum Patrum instituta investigare curetis. Ubi Glossa v. Subtiliter: Nota, subtilitates in causis Ecclesiasticis reprobandas: Et rationem subjungit: quia hujusmodi subtilitates ad perniciem revertuntur: & stricta ratio quandoque omitti solet. Cod. ad Trebell. l. penult. Igitur de apicibus juris non est disputandum. ff. mand. Si fidejuss. §. quadam. quia dum superstitiosè juris apicibus adhæretur, ab æquitate maximè disceditur, inquit Mysing. in §. quòd si naturali. Instit. de Reg. Div. n. 7.*

446. Superfluitas evitanda in omni interpretatione, & dispositione. *Deducitur ex Proæmio decretal. Greg. IX. circa finem. Ibi: ad communem & maximè studentium utilitatem decretales epistolæ in unum volumen, resecatis superfluis, providimus redigendas. Et l. fin. C. de bonorum possess. Verborum inanium excludamus captiones. Hinc Rota Decis. 357. n. 1. p. 2. negat, superfluitatem posse admitti, etiam in quacunque materia odiosa, & dispensatione. Ratio sumitur ex gravitate legum: & declaratur per Reg. seq.*

447. Superfluis actibus est abstinendum. *Deducitur ex l. 14. hæc stipulatio ff. ut legatorum seu fidei com. serv. causa caveatur, §. fin. Ibi: Divus quoque Pius rescripsit: quoties evidens res est, ut certum sit, nullo modo fideicommissio locum esse, perquam iniquum esse, supervacua cautione heredem onerari. Hinc Castrensis Conf. 201. detestatur superfluas etiam allegationes: & Abbas Conf. 73. vult potius admitti correctionem juris, quam quod verba sint superflua. Rolandus Conf. 61. docet, potius inproprianda verba, quam ut sint superflua. Rectè tamen observant DD. in legibus & statutis, quod semel dispositum, nonnunquam vehementius inculcari, & magis declarari. Dein, ut ait Irelinas in C. Venerabili. n. 1. notat. 3. de off. deleg. saepe aliquid bis ponitur ad evitandam malitiam, & sophisticam interpretationem: unde si explicitè ponitur, & distinctè, quod implicitè erat positum, non poterit dici superfluum. Et multò minus in casu, quo aliàs tolleretur, aut vis legis, aut voluntas testantis; vel certè sequeretur statutum, aut permissio iniqua.*

448. Suppressio nominis, vel dignitatis vitiat rescriptum. *Glossa in s. 6. cum Ordinem Cisterci. Verbo, non facta mentione. Et C. 8. ad aures, eod. Ibi: Litteras in quibus actor suæ nomen dignitatis suppressit, vires nolumus obtinere. Ratio additur in C. Diaconi eod: Ad aures nostras pervenit, quod plerumque Decani, Præcentores, vel alii Ecclesiastici, præditi dignitatibus, super minoribus beneficiis literas impetrantes, nomen suppressunt dignitatis suæ, & simplici nomine se appellant, tanquam non habeant aliquem personatum &c. Sicque alii Clerici pauperes excludebantur: & divites pluribus redditibus abundabant.*

449. Suspicio modica non debet in suspensionem animum vertere sapientis. *Deducitur ex C. fin. Extr. de crimine falsi: ubi notabili exemplo Regula stabilitur: Verum litteras ipsas, quæ redarguta fuerunt falsitatis, diligentius intuentes, nullum in eis falsitatis signum, vel suspicionis invenimus, nisi paucarum litterarum rasuras, quæ nequaquam sapientis animum in dubitationem vertere debuerunt. Rubr. ibi: propter paucarum litterarum rasuram in loco non suspecto, rescriptum non probatur falsum. Et Gloss. V. sapientis sic: modica suspicio non debet sapientis animum immutare.*

450. Taciti & expressi idem est iudicium: seu ut alii: Taciti, & expressi par virtus. Deducitur ex l. 3. cum quid mutuum. ff. si certum petatur. Ibi: cum quid mutuum dederimus, etsi non cavimus, ut aquæ nobis bonum reddatur, non licet debitori deteriore rem, quæ ex eodem genere sit, reddere, velut vinum novum pro vetere: nam in contrahendo, quod agitur pro cauto, tacite habendum est: id autem agi intelligitur ut ejusdem generis, & eadem bonitate solvatur, quæ datum est. Caterum recte Menoch. de Præsumpt. l. 4. præf. 40. n. 8. Regulam intelligit pro casu, quo tacitum inest præcisè, & simpliciter, seu, si limitatè: Item quando tacitum provenit ex sensu verborum, & propria natura actus. Quare non est par virtus taciti, & expressi, dum agitur de effectu exclusionis, & privationis; vel de annullatione actus: tunc enim plus operatur expressum, quàm tacitum. Idem est in prohibitis: in quibus ex tacito non inferitur consensus. Videri potest Reg. Qui tacet, consentire videtur, ejusque limitationes.

451. Talia sunt subjecta, qualia prædicata demonstrant, & è contra. Rubr. l. 3. fundum instructum. ff. de fundo instructo. Ubi sensus Maxima relata declaratur exemplo: Fundum instructum libertatis Patronus testamento legavit: postea codicillis perit, ut morientes partes suas fundi superstites restituerent: nec instructi mentionem habuit: talem in causam fidei commissi deductum videri placuit, qualis fuerat legatus: Sed medii temporis augmenta foetuum, & partuum, item detrimenta fatalium, fidei commissio contineri. Ex qua Regula sic explicata deducit Gaillius l. 2. observ. 106. n. 3. cum multis ibi allegatis: penitentiam in actione injuriarum, & delictis consummatis non habere locum. Quin etiam certum esse inquit, stricto jure respectato, juramentum purgatorium, à reo judicialiter oblatum, in actione injuriarum, non habere locum: eò quòd omne verbum injuriosum præsumatur esse prolatum, animo injuriandi: nisi contrarium aliter probetur, quàm per juramentum. l. si non convitii. Cod. de injur.

452. Tempus non est modus tollendæ, nec inducendæ obligationis. Gloss. in c. 16. cum ex officii Extra. de præscript. V. allegantes. Et l. 43. obligationum ferè ff. de act. & obl. §. placet. Ibi. placet autem ad tempus obligationem constitui non posse, non magis, quàm legatum: nam quòd alicui deberi cæperit, certis modis deberi desinit. Gloss. rationem & declarationem adjungit: quòd obligationes debeant esse perpetuæ: nisi solutione, pacto, novatione tollantur, &c. Hinc infert Menochius conf. 437. n. 23. quòd si rustici præstiterint aliqua servitia, à jure minime debita, præsumatur metu ipsius Domini factum.

NOVEMBER habet dies XXX.

Lit. No.	FESTA SANGTORUM	Cursus		Ort.	Occ.	Aspectus Lunæ cum Planetis, horum inter se, ac variaz Observaciones in singulis dieb.	
		S. G	Gr. Mi.				
1 d	Omnium Sanctorum.	19	9. III	7. 7	4. 53	☐ h. ☿. Ale ☉ mer. gr. 27. m. 47.	
2 c	Cori. Om. Fid. Def.	2	10.	7. 9	4. 51	♂ ♀ * ☿ ☽.	Nubi-
3 f	Huberti Episcopi.	14	11.	7. 10	4. 50	Long. diei h. 9 m. 40.	lum.
4 g	Caroli Borromæi.	16	12.	7. 12	4. 48	* h. ☐ ♃.	Serena-
5 a	Emerici Dus. Unger.	9	13.	7. 14	4. 46	☉ h. ☿. mix. p. m. Δ ☽.	
Dom. XXII. post Pentec. Evang. Absentes Pharisei consilium inierunt. Matth. 22.							
6 b	Leonardi Confessor.	21	14.	7. 15	4. 45	☐ h. * ♃ ♃. h. D.	seren.
7 c	Engelberti Episcopi.	3	15.	7. 17	4. 43	☐ ☽. Δ ♃ ♃ ☽.	Varib.
8 d	IV. Coronator. MM.	15	16.	7. 18	4. 42	☽ Apog. ☽ R.	at.
9 e	Dedic. Basil. Salvat.	27	17.	7. 20	4. 40	Δ h. Crep. mat. inc. h. 6 m. 3.	
10 f	Triphonis Mart.	8	18.	7. 21	4. 39	☐ ♃. Et Vesp. def. h. 5 m. 57.	
11 g	Martini Episcopi.	20	19.	7. 22	4. 38	☽ luc. h. 10. m. 8. a. ort. ☉.	
12 a	Martini Papæ Mart.	2	20.	7. 24	4. 36	☐ ♃. Δ ☽. ☽ R.	Remissum
Dom. XXIII. post Pentecost. Evang. Loquente JESU ad Turbas. Matth. 9.							
13 b	Stanislaï Kosc. S. J.	14	21.	7. 25	4. 35	☉ h. 7. m. 55. p. m.	Ne-
14 c	Serapionis Mart.	27	22.	7. 26	4. 34	♂ h. ☐ ☽.	bulosum.
15 d	Leopoldi Confess.	10	23.	7. 28	4. 32	♂ ☽. ☽ reg. in ☽.	Serenum.
16 e	Edmundi Episc.	23	24.	7. 29	4. 31	* ☽. Long noct. h. 14. m. 53.	
17 f	Gregorii Thaumatur.	7	25.	7. 30	4. 30	* ♃. ☐ ☽.	Obscu-
18 g	Ded. Basil. Pet. & Pa.	21	26.	7. 32	4. 28	Δ h. ☐ ☽.	ratur.
19 a	Elisab. Vid. R. U. F. M.	6	27.	7. 34	4. 26	☐ ♃. * ☽.	Tempe-
Dom. XXIV. & ult. p. fest. Ev. Cum videritis abominationē desolationis. Matth. 24.							
20 b	Felicis de Valois.	21	28.	7. 35	4. 25	☉ h. 10. m. 23. p. m. ☐ h. ☐ ☽.	
21 c	Præsentatio B. M. V.	7	29.	7. 36	4. 24	Δ ♃. ☐ ☽. ☽ Perig	ratum.
22 d	Cæcilie Virginis.	22	0. I	7. 37	4. 23	* h. * ♃.	Frigur.
23 e	Clementis Papæ.	7	1.	7. 38	4. 22	Δ ☽. * ♃ ☽.	Nubes
24 f	Chryfogoni Mart.	22	2.	7. 39	4. 21	☐ ♃. ☐ h. ☽. ☽ ingr. m.	Ni-
25 g	Catharini V. & M.	6	3.	7. 40	4. 20	♂ ♃. ☐ ♃. ☽ R.	vosa
26 a	Contadi Episcopi.	20	4.	7. 41	4. 19	☐ h. Δ h. ♃. ♃ R.	aut Ne-
Dominica I. Adventus Evang. Erant signa in Sole, & Luna. Luca 21.							
27 b	Facundi Martyr.	3	5.	7. 42	4. 18	h. 5 m. c. Δ ♃.	bul.
28 c	Rufini Mart.	16	6.	7. 43	4. 17	♂ ☽ Δ ☽. ☽ Mir	Se-
29 d	Saturn. E. M. Vig. †	29	7.	7. 44	4. 16	Δ ♃.	renatum.
30 e	Andræ Apostoli.	11	8.	7. 45	4. 15	Δ ♃ ☽. ☐ ♃ ♃.	

6. *isagor... in... Syno. H. ...*

16. *isagor... in... Syno. H. ...*

1. h.	2a.	Oc.	16.	7.	Or.	57.	5.	Or.	25.	2.	Or.	9.	2.	Or.	2.	10.	9.	20.	
10.	ic.	2.	D.	27.	ia.	3.	19.	in.	13.	34.	in.	13.	4.	in.	4.	R.	16.	in.	9.
20.	X.	2.	37.	R.	3.	48.	19.	5.	25.	17.	2.	23.	M.	35.	8.	13.			

453. Tempus non curatur, modò effectus habeatur. *Arg. l. 144. nomen filiarum & in posthumos cadere questionis non est. ubi Gloss. §. non est: ut si lego filiabus: & posthumis filiabus videor legare. Necessariam tamen exceptionem habet hæc Maxima: nisi tempus in jure præscriptum sit, uti præscribitur pro annua communionem, conferendis ordinibus, nuptiis sollemniter, jejuniis servando &c.*

454. Temporaria permutatio jus Provinciæ non innovat. *Reg. Jur. Civ. 166. & Gloss. Ibi: cum consuetudo sit Provincia, ut Praconsul ingrediat per certam partem, licet semel vel bis non servetur, non mutatur. &c. Idem est in in quavis alia consuetudine, ut non tollatur, limitatur ibid: nisi contraria consuetudo præscribatur, vel inducatur.*

455. Testari nequit, qui socius est criminis. *C. veniens. 10. de test. & attest. Ibi Et nos tuam sententiam commendamus, eò quòd qui eodem erat infectus crimine, inde contra eum testificari non posset, nullique de se confesso adversus alium de eodem crimine sit credendum. Et Rubr. ibi. Socius criminis, & muneris non testificatur, etiam in crimine Simonæ. Ratio est, vel infamia, quæ notatur socius criminis, vel suspicio & præsumptio de veritate non sincere aperienda. Rectè tamen limitat Gloss. cum communi DD. quòd in criminibus exceptis, eorum socii admittantur, e. g. ad detegendam conspirationem: ubi etiam socii jurati ad testimonium admittuntur. Quamvis aliàs quicumque criminofus, crimine notorio, non admittatur ad testificandum: multòque minus potest aliquis in propria causa testari: uti pluribus exponunt DD. Tit. de test. & attest. & ff. eod.*

456. Toties in hæredem datur actionem de eo, quòd autem pervenit, quoties ex dolo defuncti convenitur, non quoties ex suo. *Reg. Jur. Civ. 45. Sensus Regule declarat Decius: quòd heres, qui ex proprio dolo convenitur, teneatur in solidum; sed quando ex dolo defuncti, solum de eo, quòd ad ipsum pervenit. Ratio est: quia in primo casu, quando ex proprio delicto convenitur, ipse est auctor principalis delicti, ideo etiam de eo, quòd non habet, tenetur: & quia pena sequitur suos auctores. Secus est in secundo casu: in conditione tamen furtiva etiam tenebitur in solidum, loco defuncti, propter frequentiam furtorum, ut ibid. observat Decius.*

457. Turpitudinem, vel dolum suum allegans non auditur. *De dicitur ex C. 8. Inter dilectos de donationibus. Ibi: pro se, imò potiùs. contra se turpitudinem suam allegabant, videlicet perjurium, excommunicationem. Sic e. g. non creditur iudici, si dicat, se pecunia corruptam, sententiam protulisse: neque testi creditur, deponenti extra iudicium: se deposuisse falsum in iudicio. Ratio est: quòd ejusmodi notatis criminibus, non debeat fieri auctoritas in iudicio: ne hæc ab illis deturpenter. Aliud esset, si periculum animæ, vel fidei, aut boni communis exigeret, ut etiam turpitudinem suam allegans audiat: uti statuit Alexander 4. c. 5. in fidei. de hæreticis in 6.*

458. Turpior est dolus ejus, qui interruptam, iterum litem deseruit, quam qui semel acceptam dereliquit. *Gloss. in C. quemadmodum 25. de jurejurando. Et in authentica de Litig. §. omnem in fine, Collat. §. Ibi: Si verò intra prædictum anni spatium venerit (Actor) & suas intentiones exercere voluerit, jubemus judicem modis omnibus, expensas vel sumptus, quos propter litem, pulsatus permanens in judicio sustinuerit, ante omnia exigere ab Actore, & pulsato dare, & sic Actorem permanere: donec causa finem secundum legis accipiat. Nam si tantomodo venerit, & expensis, seu sumptibus datis, solum annale tempus interrumpere voluerit, & iterum à judicio recedens, usque ad exitum cause non permanserit, jubemus eum ab omni cadere actione, quam sibi competere, contra pulsatum existimabat: Deterior namque dolus ejus agnoscitur, qui interruptam, iterum litem deseruit, quam qui semel acceptam dereliquit. Unde patet Maxima Sensus & Ratio.*

459. Vani timoris justa excusatio non est. *Reg. Jur. Civ. 146. Gloss. ibi: promissisti mihi decem, ut non dicerem malum de te, non ages, quod melius causa. Ratio est, quia vanus timor tanquam irrationabilis, non meretur, ut ipsius ratio habeatur: adeoque nec in judicio potest allegari, ut detur ipsi actio: quod vi, metulve causa. Ceterum quis sit vanus timor, qui nequit habere justam excusationem, & quis sit timor gravis, cadens in virum constantem, serviensque pro justa sui excusatione, egregie declarat Sanch. l. 4. de Matrim. d. 1. & seq.*

460. Ubi agitur de implemento conditionis in potentia, pro actu accipitur. *Reg. Jur. Civ. 135. qua clarius exprimitur sic: qui potest facere, ut possit conditioni parere, jam posse videtur. Ratis est: quia volens efficaciter finem, vult etiam media: & contra ex eo, quod restat media necessaria ad finem, etiam censetur respicere finem: Unde inferunt, eum, qui Matrimonium promisit, sub conditione: Si Pater consenserit, teneri saltem ad petendum, & non impediendum Patris consensum.*

461. Ubiunque causæ cognitio est, ibi Prætor desideratur. *Reg. Jur. Civ. 106. ubi ratio datur: quod omnia, quæcunque causæ cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt. accipitur autem Prætor, pro legitimo Judice, & Magistratu: adeoque sensus est: ut, ubicunque causæ cognitio requiritur, ibi debeat esse Judex, qui cognoscat: causa autem cognitio requiritur partis citationem, ejusque præsentiam vel contumaciam. Quamvis etiam, ut observat Bartholus, dici possit causa cognita absque citatione, dum Judex instruitur de causa, modo non agatur de præjudicio.*

462. Ubi electa est industria, & fides Personæ, non admittitur substitutus. *C. fin. §. is autem. de offic. & potest. Jud. deleg. Ibi: Is autem, cui injungitur, ut personaliter negotium exequatur, potest (dummodo partes consentiant) hoc aliis delegare, præterquam si inquisitionem fieri, vel Ecclesiis de Prælati, vel aliis ministris provideri mandaremus. cum in his omnibus casibus industriam & fidem personæ, cui tale committimus eligere videamur. Unde ratio patet per exempla: quod videlicet Papa, circa ejusmodi majora negotia cautius agat, eligatque specialiter hanc, vel illam personam, ob suam peculiarem habilitatem. Recte tamen observat Abbas in C. cit. tunc posse alterum substitui delegato: quando nec ex qualitate facti, quod delegatur, neque ex qualitate verborum, quibus delegatio fit, colligi potest, electam esse industriam hujus personæ.*

463. Ubi lex duorum mensium fecit mentionem, & qui sexagesimo primo die venerit, audiendus est. *Reg. Jur. Civ. 102. Unde colligunt DD. quomodo intelligi debeat mensis in dandis dilationibus. At quidem Bart. in l. cum bis se intelligi debere secundum quantitatem mensis, in quo data est dilatio. Quare si die 23. Augusti data sit dilatio unius mensis, incipit in dicto die 23. Augusti, & terminatur 22. Septembr. Verum quia hic agitur de materia favorabili, ex benignitate dicendam existimat Decius: quod in dilatione e, g. duorum mensium, intelligenda sint dies sexaginta & unus, etiamsi duo sint menses continui, quorum quilibet habet dies triginta. Quia ut plurimum duo menses continui constant 61. diebus. Demique intelliguntur dies & mensis utilis: quibus experiendi juris & Judicii adveniendi potestas est: quales non sint dies festi. Alia limitatio, videri potest in Gloss. Reg. civ. circa testam. & contractus.*

TABULA.

Quoad cursum Lunæ per Signa Zodiaci, quandonam respectu cursus Lunæ Signorum, quæ percurrit, bonum, vel malum, vel indifferens sit. 1. Sangvinem mittere. 2. Medicinas fumere. 3. Balneis uti. 4. Ædificare, 5. Piscari. 6. Cædere ligna pro ædificijs. 7. Seminare, & Plantare.

Signa.												
	Ari- es.	Tau- rus.	Ge- mini.	Can- cer.	Leo	Vir- go.	Li- bra.	Scor- pio.	Sagit- tarius.	Ca- pric.	A- quar.	Pi- ces.
Phlebot.	B	M	M	B	I	M	B	B	B	M	B	I
Medicina.	B	M	B	B	M	B	B	B	M	I	B	B
Balnea.	I	I	M	B	B	M	M	B	M	M	M	B
Ædificatio.	I	B	I	M	I	M	B	M	I	I	M	B
Piscatio.	M	M	I	I	I	M	M	B	I	I	M	B
Cæsur.lign.	B	I	I	B	M	B	B	I	M	B	M	M
Plant. sem.	I	B	B	M	B	B	M	M	M	B	I	M

USUS TABULÆ.

I. Inspice in Ephemeridibus, in quonam Signo Zodiaci sit Luna eâ die. II. Quære illud signum in prima columna Tabulæ. III. Vide in columna ad sinistram, actiones de quibus ponendis dubitas, & delibera. IV. Littera concurrens in angulo harum duarum columnarum tibi indicabit id, quod inquiris. B. enim significat Bonum, M. Malum. I. Indifferens. Exempli gratiâ; Phlebotomiâ uti, seu sanguinem è venis mittere, Lunâ percurrente signum Arietis, est Bonum, percurrente signum Tauri, Malum, percurrente signum Geminorum, itidem Malum, percurrente signum Cancri, Bonum, percurrente signum Leonis, Indifferens. Et sic consequenter de alijs.

Conjunctio Solis, & Lunæ missionem sanguinis impedit per duos dies ante, & post.

Item Lunæ cum Saturno, & Marte conjunctio uno die ante, & post. Cavenda pharmaca, cum Luna quovis radio Saturnum, vel Martem inuetur. Cæsura lignorum fit deficiente Luna.

QUOS

Quos effectus causent Planetæ circa aëris mutationes ex diverso inter se mutuos aspectu, & congressu, sequens ostendit Tabella.

	♃	♄	♅	♆	♇	♈
♃	V. Turbidum, Humidum, Æ. Humidū vel remissus calor. A. Nebula, vel Fruita. H. Nebula vel Nix.	V. Venti, vel Pluvia. Æ. Venti, vel Imbres. A. Venti, vel Nubilum. H. Venti Nivosi.	V. Pluvia, & Frigus. Æ. Pluvia Subita. A. Pluvia Frigida. H. Pluvia, aut Nix.	V. Pluvia, vel Frigus. Æ. Grando, vel Tonitru. A. Pluvia, vel Frigus. H. Nix, vel Nebula.	V. Pluvia, vel Tonitru. Æ. Tonitru, vel Grando. A. Pluvia, vel Turbidum. H. Remissum Frigus.	V. Turbidum, vel Humidum. Æ. Grando, vel Tonitru. A. Venti, vel Pluvia. H. Turbidum.
♄	V. Æ. Aëris. A. Temperies. H.	V. Venti Magni. A. H.	V. Temperies. A. H.	V. Venti. Æ. Tonitrua, Fulmen. A. Venti. H. Remissum Frigus.	V. Turbidum. Venti. Æ. Tonitrua. Fulmina. A. Venti. H. Remissum Frigus.	USUS Tabulæ Cùm inter maximè usitatos, hos quinque ♄.
♅	V. Calor auctor, Æ. Siccitas, vel Tempestas. A. Temperies. H. Minuitur Frigus.	V. Ventus, Nubilum, Nix. Æ. Tonitru, vel Grando. A. Grando, vel Ventus. H. Nives, vel Ventus.	V. Pluvia. Æ. Imber. A. Pluvia. H. Remissum Frigus.	V. Ventus, vel Siccitas. Æ. Tonitrua, vel Fulmina. A. Ventus, vel Siccitas. H. Remissum Frigus.	♄ Δ □ * Planetarum, Aspectus hi tres: ♄ ♄ □. præcipui sint, ac fortissimi, ad inferiora corpora permutanda, horum potissimum hic est habenda ratio. Sit igitur, exempli	
♆	V. Altera. A. tio. H. Temporis.	V. Venti aliquando. Æ. Humiditas. A. Praesertim in sig. Vernis. H. in Aquario Pluvia.	V. Pluvia. Æ. Imber. Tonitru. A. Pluvia. H. Humiditas.	gratiâ, inveniendâ aëris mutatio pro Aspectu ♄ ♃ ♄. Primò inquire in fronte tabellæ planetarum. ♄. Deinde in latere sinistro versus planetam ♃. è cuius directo dextram versus sub Columna ♄. Invenies mutationem aëris, quam causat ♄ ♃ ♄. in singulis qua-		
♇	V. Humidum, vel Nubilum. Æ. Remissus Calor. A. Nebula, vel Turbidum. H. Turbidum, vel Nix.	V. Venti. Æ. Humidum, vel A. saltem. H. Nubilum.	tuor anni partibus. Litera enim V. indicat Ver. Æ. Æstatem. A. Autumnum. H. Hiemem. In aliquibus cellulis una tantum aëris mutatio annotata est: Quod indicio est, eam omnibus quatuor anni partibus convenire. Quòd si angulum communem primo ingressu non invenias, mutandi erunt Termini. Planetam nempe, quem in fronte Tabellæ quæviseras, eum modò in latere hoc sinistro inquire, & quem in latere hoc sinistro perquisiveras, eum modò in Tabellæ fronte investiga: atque ita in area communi aëris constitutionem, pro Aspectu oblato, invenies.			
♈	A. Plerumque Æ. Venti, pluvias inter-ec A. multas vz. H. rictatus.					

D 2

TA.

TABELLA UTILIS
IN QUAE PHLEBOTOMIÆ COMMODA
TEMPORA
PER SINGULOS DIES DESIGNANTUR.

Prænotandum: *Hac in re peculiariter ad tempus Novilunii attendendum esse, quod si in tempus autæmeridianum incidat, ab ipsa die (quæ Novilunium in Calendario designatum est) numerare incipit; neque est, quod quis de reliquo ullam aut signorum valesium in cursu Luna in dies occurrentium, aut aspectuum Planetariorum rationem habeat: ceterum post primam hanc Lunationem.*

- Dies
1. Nociva est: deperditur natus color.
 2. Nociva; consequuntur febres.
 3. Nociva; causantur graves infirmitates.
 4. Nociva; sequuntur ordinariò apoplexia, & subitanæ mortes.
 5. Nociva; sanguis imminuitur.
 6. Bona & utilis tam sanguinis, quàm aquæ intercutis missioni.
 7. Nociva; deperditur appetitus necessarij alimenti.
 8. Nociva; maximè stomacho.
 9. Nociva; oritur exinde scabies, & impetigo.
 10. Nociva; defluxiones capitales proveniunt.
 11. Bona; recuperat appetitum ciborum.
 12. Bona; totius corporis constitutioni prodest.
 13. Nociva; tollit necessarij alimenti appetitum.
 14. Nociva; ordinariò morbi diversi exoriuntur.
 15. Bona; firmat cibi & potûs naturalem appetitum.
 16. Nociva; imò totius anni periculosissima.
 17. Bona; imò optima totius anni; summè sanitati corporis prodest.
 18. Bona; servit valetudini confirmandæ.
 19. Nociva; & periculosa planè.
 20. Nociva, ordinariò consequentes habet morbos graves.
 21. Bona, & utilis in omnibus circumstantiis.
 22. Bona, liberat à variis morbis.
 23. Bona; præservat ab infirmitatibus, vires auget, confortat membra corporis.
 24. Bona; tollit defluxiones passim per membra exerrantes.
 25. Bona, firmat cerebrum, & conjunctas eidem partes.
 26. Bona & utilissima, præservat à morbis acutis, & subito advenientibus.
 27. Nociva; ut plurimum apoplexiam, hemiplexiam, paralytin post se trahit.
 28. Valde bona, & sanitati proficua.
 29. Nociva.
 30. Nociva.

PROGNOSIS
CONJECTURALIS
ASTROLOGICA
AD ANNUM

^A
CHRISTO

NATO

M. DCC. XXIX.

HUJUS CURRENTIS SÆCULI
PRIMUM
POST BISSEXTILEM,

AD

Elevationem Poli 48. Graduum.

ET

Meridianum Tyrnaviensem, vicinarumque Provinciarum.

PROGNOSIS DE ECLIPSIBUS.

Annus hic currens 1729. quinque Luminarium numerabit Eclipses: ternas solis, & binas Lunæ; Illarum nulla erit in Horizonte nostro conspicua; Istarum verò utraq̃e toti spectabilis fiet Europæ. Et quidem:

Prior Lunæ Eclipsis continget die 13. Februarii, Luminaribus ☉ in ♋. ☽ in ♏ gr. 25. m. 13. constitutis; Cujus initium secundum tempus verum, seu apprensus erit h. 8. m. 13. p. mer. Totalis immersio Lunæ in umbram terræ erit h. 9. m. 12. Medium Eclipsis h. 10. m. 2. Initium emersionis ex umbra terræ h. 10. m. 52. Finis h. 11. m. 51. Tota duratio Eclipsis erit h. 3. m. 38. cum obscuratione Digit: 22. m. 2. ex parte Australi.

Altera totalis pariter Lunæ Eclipsis eveniet die 9. Augusti, ☉ in ♏. ☽ in ♋ gradu 16. m. 17. constitutis. Initium erit tempore vero ante mer. h. 0. m. 39. Totalis immersio h. 1. m. 38. Medium h. 2. m. 26. Initium emersionis h. 3. m. 13. Finis h. 4. m. 13. Duratio totius Eclipsis h. 3. m. 34. cum digitis Obscurat: 19. Scr. 6. ex parte Lunæ Boreali.

DE QUATUOR ANNI PARTIBUS,

Earumque, uti & Anni totius probabili futura Constitutione.

Hyems Anni currentis 1729. cum ingressu Solis in Capricornum cæpit die 21. Decembr. h. 2. m. 4. post mer. spectato Tempore medio. Videtur potiori sui parte futura Caliginosa, & ob ventos Australes, & Africos frigus non raro humidum potius, quam siccum advehens.

Ver cum Sole Ariete ingresso incipiet Die Mensis Martii 20. h. 4. m. 11. post merid. Parte aliqua Hyemem refert sui initio, in reliquo satis favorabile, portendens sine suo tempestatem, aut Imbres.

Æstas ortum ducet 21. Junii h. 2. m. 54. p. m. Sole tunc Cancræ signi ingresso. Periculum in ea Grandinis imminet, licet à potiori temperata fore videatur.

Autumnus qui initium summet Die 23. Septembr. h. 4. m. 4. ante mer. Sole ad primum Libræ gradu constituto; Videtur fore ventosus, & magna parte inamænus & Nubilus, nisi venti nubes dispergant; Fine tandem suo Frigus, nives, ac hyemem allaturus.

Porro quod universum præsentem annum attinet, conjecturam facimus spectata constitutione Cæli futurum magna ex parte mediocre; Montana tamen magis frugifera, tam frugum terræ, quam arborum, uti & vini; Cætera etiam salubris excepto Autumno, præsertim ob erumpentes pustulas fervidas circa os maximè Juvenibus, & idcirco purgatione verina præveniendas. Meliorem omnium spem facit dispositio Divina in probitate mortalium fundata.

CONTI-

CONTINUATIO VARIARUM CURIOSARUM OBSERVATIONUM.

§. I.

Observationes Hortenses circa Infrisiones, Plantationes, & cultura arborum.

5. Pro Transplantationibus arborum Autumnale tempus, maximè verò Octob: & Novemb: præfertur Vernali. Existimant tamen aliqui in vallibus frigidioribus, vel si terra sit natura sua humida, præstare, ut cæfiant statim initio veris. 6. Ramusculus inferendus requirit has conditiones: 1ma. ut sit unius anni, quod agnoscitur ex Nodulo. 2da. ut paulo infra hunc nodulum, seu articulum scindatur. 3tia. ut nodulus hic plano trunci adhæreat, cui inferitur. 4ta. ut dum pro infrisione ex parte scinditur, & aptatur ejus medulla non lædatur. 5. ut cortex illius cum cortice trunci conveniat. 6. ut ex arbore boni generis, & quidem tali, quæ anno illo fructificat, decerpatur. 7ma. ut sit recens, multorumque oculorum. 8va. ut sit unius rami, vel ad summum duorum. 9na. ut decerpatur ex illa parte arboris, quæ est ad ortum Solis, ex ejusque summitate, vel etiam medio, idque in ipso Plenilunio, vel statim post, nec decerpatur ex arbore, quæ actu floret. 10. ut non immediatè inferatur, ubi decerpitur, sed per aliquot dies conservetur in loco humido, quod fiet, si infodiatur terræ ex parte, quâ scissus est.

§. II.

Observationes Oeconomico-Hortenses.

5. Expediit ut Terra illa, quæ in Vere infeminari debet, fodiatur, & præparetur in Autumno, & vicissim. 6. Seminatio rerum Hortensium utiliter fit Luna existente in Signis mobilibus, uti sunt: ♋. ♌. ♍. ♎. vel certe dum est in ♏. aut ♐. ♑. vel ♒. in aspectu ejus * vel Δ. cum Saturno. 7. Si terra sit humida, vel humidum semen, seminatio fiat paulò ante Novilunium, dum Luna est decrescens in signo ♋. vel ♌. aut ♍. Si verò terra fuerit arida, vel semen aridum, seratur ☽ crescente in ♍. vel ♎. cum * vel Δ. aspectu ♏. vel ♐. ant ♑. Si demum terra fuerit nec nimis arida, nec humida, & semen sit incipiendum, id fiat ☽ existente in ♒.

§. III.

Observationes Hortenses circa Culturam Florum.

6. Frigido tempore, & vel maximè flantibus Ventis Septentrionalibus, nec semina, nec radices, nec bulbi Florum terræ imponi debent; quod idem observandum, quando tempora sunt valde humida ob periculum putredinis. 7. Omnes rotundi Bulbi florum desiderant terram, quæ nec

nec nimis sit pinguis, nec etiam sterilis, sed aliquantulum argilosa. 8. Tulipæ, quæ ex semine prodeunt, variant pulcherrimè colores, sed non nisi quinto anno florere incipiunt; semina autem hæc circa Festum S. Bartholomæi mandari debent.

§. IV.

Observationes Medico-Hortenses.

5. **C**yparissus omnibus morbis frigidis medetur; à puncturis quoque liberat. 6. *Hyssopus* multum prodesset Phyticis. 7. Contra suffocationes accipiat *Hyssopus*, & *Ruta*, modicumque mellis, eaque omnia simul excoquantur in aqua, quæ postea cedat in potum; Eadem etiam pota tussim inveteratam tollit.

§. V.

Observationes Oeconomico-Morales.

6. **N**on negligantur damna minuta. 7. Præstat famulos strenuos retinere majore stipendio, quàm imperfectos minore. 8. Non est securum veteri modo omisso in cultu terræ novum sectari. 9. Nunquam quis terræ plus colat, quàm possit commodè eam elaborare, quia & subditos opprimet, & non plus percipiet fructuum.

§. VI.

Observationes Oeconomico-Rurales.

6. **T**erra si habeat arenam crassam & flavam, utilis pro tritico est, præmissa tamen simatione. 7. Vilis ager est, & incorrigibilis, qui rubeâ constat arenâ. 8. Cum ager in loco arbutis pleno formandus est, primo statim Vere, atque nix decessit, cædantur arbuta, ac per terram ita disponantur, ut simul exuri possint, totusque locus cinere conspergi. 9. Porro ad talem agrum ratio non est differenda, nè cinerum vis exhalet.

§. VII.

Observationes de Insectis, aliisque rebus noxiis à Frumento, Horto, & Domo advertendis.

5. **C**ulices abiguntur odore sulphuris usti, vel fimi bubali. 6. Spongia quoque aceto imbuta attrahit ad se *Culices*. 7. Nullæ bestiolæ nocebunt sementi, si Cancros mortuos fluviales decem diebus in aqua maceraveris, & illa aqua hortum resperferis. 8. Ubi est periculum à *Serpentibus* Origanum spargatur. 9. *Nebulas* impediunt folia arborum veterum congesta, vel fimus, si urantur.

Sequitur ulterior harum Observationum Continuatio.

ORACU.

ORACULA
SALOMONIS
CONTINUATA.

Ex Proverbiis ejusdem desumpta, omnibusque vitæ sapienter, & Christianè traducendæ studiosis, ad legendum, & considerandum proposita.

ORACULUM CXLI.

Stultus homo plaudet manibus, cum sponderit pro amico suo. Qui meditatur discordias, diligit rixas: & qui exultat ostium, quarit ruinam. Qui perversi cordis est, non inveniet bonum: & qui vertit linguam, insidet in malum.
Prov. 17. v. 18. 19. 20.



Considera I. Si spondes pro amico tuo è manibus Creditorum liberando; vel in sensu mystico, proximorum tuorum, quorum curam assummis, onus & obligationem respondendi DEO pro eorum anima suscipis; si deo laetaris; ut planè manibus plaudas, quod fieri solet à spectantibus. Comœdiâ præclare tractatâ: esse te valde stultum. Non enim recogitas periculum, & laqueos, in quos te spontè injecisti. An nescis esse tibi satisfaciendum Creditoribus amici tui: si fortè solvere ille debitum suum aut non possit, aut nolit? satisfaciendum DEO pro cura negligenti eorum, quorum pastor & gubernator ut creareris, lapidem omnem movilli? Prudens itaque non facillè, nequè plaudens manibus, nequè cum ambitu, sed cum dolore, maximèque consideratione, ac ferè invitus vinculis ejusmodi, etsi speciosè repræsentatis se obstringit: ne suam scilicet perdat animam; & ne suas evertere fortunas, dum aliorum bono procurando studere videatur, cogatur. Plaudè manibus non cum spondes pro amico; verùm cum sponso tua te pariter illumque liberans, finem est sortita felicem. Sed hac de re jam suprâ in Oraculo XXXI. actum. *Qui meditatur discordias, diligit rixas.* Ratio est aperta: quia quod libenter cogitamus, hoc diligimus. *Et qui exultat ostium; quarit ruinam.* Exultans ostium ab aliquibus Hebræorum intelligitur; qui superbè arrogantèque loquitur, jactans se, alios contemnens, illisque passim contradicens: os enim est ostium mentis nostræ. Alii accipiunt hic ostium ipsum, domumque superbiorum, qui emicere cupiunt cæteris mortalium in rebus omnibus. Exultant ostium suum, inquit Salazar in hunc

extum

textum, qui difficile ad se faciunt hominum aditus ; unde odium populi & ruina interdum sequitur illos. Itaque suscipe profundum, & stylum mirabilem Salomonis, quanta paucis dicat, & quâ connexionem varietatēque in hemistichio, jam priori, jam posteriori, peccati fontes & causas effectūsque concludat. Discordiæ pariunt rixas ; utriusque autem mali genitrix & origo, est superbia, exaltans ostium suum : finis horum omnium est ruina superbiorum, & discordias ferentium, & rixas bellique diligentium.

Considera 20. Cor perversum citra omne dubium esse, quod non est ad DEUM Principium, finemque suum rectè convertum. Hinc est principium fonsque omnis calamitatis impiorum. Unde verba illa Davidis ad Dominum Ps. 17. 27. *Cum perverso perverteris, Interpres & Hebræi, & Christiani sic vertunt : Tu DEUS cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris : Hoc est præbebis te illis, ut ipsi suat erga te ; sanctis amicum, innocentibus benevolum, electis patrem : & cum perverso perverteris : hoc est, cum iis, qui perversi sunt cordis, sive à te averſi ; ages ut averſi ab illis : longè siquidem est DEUS ab impiis. Subjicit & Psalmus citatus : Quoniam tu populum humilem salvum facies ; & oculos superbiorum humiliabis. Quod concludit, humilitatem esse fontem & fundamentum omnis nostræ innocentiae, sanctitatis, prædestinationis ; superbiam autem cordis perverſi, & omnium consequenter malorum. Hinc est consequentia necessaria : Qui perverſi cordis est, non invenit bona. Nam extra DEUM, à quo se avertit, nihil est boni. Et qui vertit linguam, incidit in malum. Hebræi quia verbis compositis carent, in eorum loco utuntur simplicibus : propterea qui vertit linguam, dicunt pro pervertit, & à virtute ad peccatum convertit. Chaldaeus habet : Et qui perverſus est in lingua sua, incidit in malum. Neque potest fieri aliter : ex corde namque perverso profluunt verba perverſa. Si tu cor tuum perverſum non contineas intra sua ostia, vel potius non corrigas, antequam in vitis sermonis erumpant ; quæ secum opera trahunt iniqua : quid pronius, quid justius, quam ut incidas in malum.*

Considera 30. Quanta sit tibi tui cordis habenda cura, quantâ illud disciplinâ instruendum, & vigilantiam muniendum ; ut convertatur unice ad Dominum DEUM suum, nec unquam avertatur ab eo ; ne non inveniat bonum, & ut non incidat in malum.

ORACULUM CXLII.

Natus est stultus in ignominiam suam : sed nec Pater in fatuo latabitur. Animus gaudens aetatem floridam facit : spiritus tristis exsiccatur ossa. Munera de sinu impius accipit ; ut pervertat semitas judicii. Proverb. 17. v. 21. 22. 23.

Considera 10. dici natum in ignominiam suam stultum, eo sensu ; quo Christus de Juda pronuntiavit : *Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.* Nec Judas ideo damnatus, nec stulti sive impij vita, morsque ideo ignominiosa ; quod natus est : sed quod post nativitatem suam, quæ maximum DEI beneficium aeternæ salutis obtinendæ gratiâ nobis collatum est, peccavit, & in peccato suo mortuus est. Dicitur nihilominus nativitas infelix, aut homo ad infelicem sortem natus, ex infelicitate, quæ nativitatem ejus, non ut causam effectus, sed per accidens, vitiōque proprio subsequitur. Præstare sine dubio reprobis nunquam nasci ; quam in aeternam damari : at id culpâ eorum unice, non DEI optimi accidit. Nascimur omnes & concipimur in peccato ab Adam contracto ; verum inde per Christum mundari facile possumus, in ipsa etiam infantia nostra. Nascimur cum natura corrupta, & ad malum inclinata ; sed hoc quoque reliquit Christus in nobis vitiorum ac majoris gloriæ consequendæ causâ, præsidium nos adversus illam circumvallans innumere. In uno nostrum major est fateor, quam in alio ista veteris hominis corruptio ; in nullo tamen tanta, ut superare illam, si ferid velit, nequeat. Zopyrus quidam Physognomon celeberrimus, qui pro vaniloquio suo profitebatur, se ingenium, naturamque cujuslibet ex habitu corporis posse, orisque ac manuum lineamentis certè deprehendere ; inspecto Socrate pronuntiavit : eum esse bar-

dum,

dum, stupidum, mulierosum, impurisque amoribus deditum, denique violentum & intemperantem ; quum verò amici Socratis vehementer indignati minarentur homini ; Philosophus illos cohibuit inquam : *Nihil mentitus est : omnino talis eram futurus ; nisi me Philosophie gubernandum tradidisset.* Ita Cicero 3. Tuscul. quæst. *Ergo natus est stultus, non ortu, sed vitæ suæ institutione, in ignominiam suam ; qui si aliter educatus fuisset, vel erudiendam se curasset ; sapiens bonusque, ac natus in gloriam suam esse potuisset. Sed nec Pater in fatuo latabitur. Quæ obsecro Parentum in filio stulto consolatio ?*

Considera 20. medicum optimum Salomonem. *Animus ait gaudens aetatem floridam facit : spiritus tristis exsiccatur ossa.* Cur animus gaudens, vel cor latum ut habet Hebræus ? Cur spiritus tristis ? quia verè non externa corporis, sed interna cordis, & animi, & spiritus lætitia, vel tristitia recreat, prorogâque vitam ; aut festinat mortem, quæ sequitur ossa exsiccata. Tristitia, quæ secundum DEUM est, ut vocat Apostolus, cum animo gaudente optimè consistit ; seculi autem tristitia, mortem operatur. 1. Cor. 7. 10. Hanc sanctam lætitiâ, non convivia, non tripudia, non cachiini pariunt ; sed conscientia bona, pax cum DEO & proximo, pax cum animo tuo, sive illa cordis tranquillitas, quâ cupiditatibus, affectibusque pravis subjugatis frueris. Hic est ille animus gaudens, qui aetatem floridam facit ; qui ossa vegetat usque ad longam, viridemque senectutem. Hujus Pharmaci vires senserunt fervorem DEI, filiorumque innumerabiles ; centuplum illis eorum, quæ contempserunt mundi gaudiorum, ibi ubi neque luctus, neque dolor erit amplius, vitam aeternam recipientes. Animus gaudens est occupatio tota beatorum ; spiritus tristis reproborum. O quàm bonum est servire DEO ! quàm miserum sectari mundum ! illorum merces est gaudium ; horum autem luctus utriusque vitæ. *Munera de sinu impius accipit ; ut pervertat semitas judicii.* Potest hæc impietas intelligi tam de dante, quam de accipiente munera. Nam & qui dat de sinu depromit, ut in manus tradat munus judicis, ad iniquam ferendam sententiam ; & qui accipit, de sinu dantis illud excipit : uterque verè impius. Miserrima sunt illa tribunalia, in quibus nemo nisi pauper condemnatur ; nemo non absolvitur, qui plus dare potest. Vis audire fulmina, quæ Codex sacer jacit in hos munerum venatores ? unicum accipe. *Maledictus, qui accipit munera, ut percutiat animam sanguinis innocentis : & dicit omnis populus : Amen.* Deut. 27. 26. Romani lege 12. tabularum Judicem suscipientem munera morte multabant.

Considera 30. Te fore felicissimum, si muneribus quantis quantis potes placaveris in hac vita Judicem tuum supremum, ad sententiam pro te amicam in illo die dicendam : munus verò acceptissimum illi futurum ; si nunc hæc oracula observaveris ? post mortem placaverit tempus non erit amplius.

ORACULUM CXLIII.

In facie prudentis lucet sapientia : Oculi stultorum in finibus terræ. Ira Patris filius stultus : & dolor matris, quæ genuit te. Non est bonum damnum inferre iusto : nec percutere Principem, qui recta judicat. Proverb. 17. v. 24. 25. 26.

Considera 10. Faciem partem esse corporis Principem, in qua nimirum tanquam in curia sua sensus omnes resident ; esse imaginem interioris animi ; virtutem, sapientiamque in illa, & vicissim stultitiam, viriâque nostrâ, veluti faciem per lucernam, & solem per vitrum translucere. *In facie prudentis lucet sapientia.* Porro antithesis ex facie tota oculos stultorum solos producit : ut advertas ex oculis præcipue cogitaci virum fatuum, aut etiam prudentem. *Oculi stultorum in finibus terræ.* Antithesis ex facie tota solos producit stultorum oculos : ut advertas ex oculis præcipue agnosci virum fatuum, aut prudentem. Oculi ergo sapientum habitant domi suæ ; se suâque speculantur, curant, expoliant : in id intenti uam, ut observent vetus illud Philosophiæ monitum : *Nosce te ipsum.* Oculi contra stultorum leves, vagi, longè à se ipsis in finibus terræ, consolationem, quâ domi carent, querentes, oculi sapientum stabiles, & ad honestatem, gravitatemque compositi. *Precordia fatui quasi carris rota, & quasi axis versatilis cogitatus illius, dixit alicubi Eccle. 33. 5. Præ-*

cordis mentique respondent pari passu oculi, & sensus cæteri, & verba tua faciēque tota. *Oculi stultorum in finibus terræ*: Chaldaeus vertit, in profundis terræ: in terra sola, & in imo terræ, ubi est gehenna ipsis parata, versantur; oculi autem justorum & prudentum, vel in se ipsos, vel in Cælum, quò contendunt in hac peregrinatione, conversi. *Ira Patris filius stultus*: & dolor matris, quæ genuit te. Patrem, quia virilem, ira corripit magis, quàm mæror, matrem, quia mollem tenerēque amantem filios suos, dolor magis, quàm indignatio. Quomodo non mœreat mater, non indignetur pater, filium spectans monitis, & insultationi paternæ rebellantem? natum ad ignominiam domûs? decedorem & nepotem patrimoniî, avarorum, secularumque impendio quæsitî? Ne senectus vestra in hæc mala gravissima incidat parentes; flectite à teneris annis in viam rectam, calligat; ac Severa Sanctæque institutione præmuneite liberos vestros. Filii quid vultis maledici potius vobis, quàm benedicti ab illis, qui vos genuerunt?

Considera 20. Damnum, aut plagam nemini quidem inferendam; sed præ omnibus justo inferre damnum, non esse bonum: justorum enim peculiaris protector & amicus est DEUS. Quid porrò amentius & infelicis, quàm bellum gerere cum DEO; sive cum iis, quorum vindex ac defensor præcipuus est ille? Mutire adversus familiarem intimumque regis tui, non audes; audebisne afficere injuriâ filios, & hæredes quidem DEI, cohæredes autem Christi? Ergo non est bonum, damnum inferre justo: sed nec percutere Principem, qui recta judicat. Per Principem hinc pleriq; intelligunt Magistratum, aut Judicem à Principe constitutum; qui representat personam Principis, cujus nomine judicat, & gubernat populum. Percutere seu sinistro de iis judicio, seu lingvâ, seu manu, ejusmodi vicarios Principis, haud licet privatis; at potissimum si recta ii judicent, hoc agere nefas est: Duplici enim cum titulo peccatur; tam quòd Justî, quàm quòd Præsides lacessuntur. Mundi genas est his omnibus oppositus: justos & judices, magistratumque suum, quâ iniquis opinionibus de illis, quâ sermonibus, quâ modis aliis, quibus potest, passim percutit. Quòd Justorum hostes, sint filii seculi; quid mirandum? Vocatur seculum nequam, & mundus malignus à Spiritu Sancto: si justitiæ conjuncta sit, ut ferè fit, paupertas; quis mundi amatorum non cupidissimè involat, ad justum & pauperem, qui defendere se nequeat, jure suo spoliandum? Cantilena est illis obsoleta, carmen illud Davidis: *Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adjutor.* Item: *nonquam vidi justum derelictum, &c.* Quòd autem magistratui pariter & judicibus iniqui sint hominum filii; ratio est in promptu: quis æquo intuetur animo illos; à quibus refræandum, arguendum, plectendum, condemnandum se metuit?

Considera 30. An à justitiæ virtutisque senectû, vel privatus propter odium, quo illa flagrat inter homines, vel à magistratu positus, nunquam exorbitaveris? Neque mundus, neque corruptores judicium, munera tibi tanta offerre possunt; quanta largitur DEUS, & præparavit in regno suo custodientibus justitiam.

ORACULUM CXLIV.

Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est; & pretiosus spiritus vir eruditus. Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligens. Proverb. 17. v. 27. 28.

Considera 10. In hisce proverbii doctrinam & sapientiam, accipi semper practicam; quæ quod scit, facit item; idcirco virtutem eam esse non modò intellectûs; sed vel maximè voluntatis: esse scientiam salutis, esse scientiam Sanctorum. Hinc prudentem & justum, hinc stultum & impium, pro synonymis habet Salomon. *Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est*: hic **T** & **S**, ut ex Hebræo patet, significat: id est: quasi diceret, doctus, id est, prudens est. Moderari sermones suos, non est idem, ac tacere; sed jam tacere, jam loqui, & ita loqui, uti doctrinæ, ac prudentiæ regula

exposcit. Tempus enim est loquendi, tempus tacendi; observare utrumque, prudentia magna est. Ne lingua præcurrat mentem; sermonis tibi parcitas necessaria est: juxta illud, *bis prius ad limam, quàm semel ad linguam.* Et pretiosus spiritus vir eruditus. In Hebræo est, pretiosus spiritus: alii legunt frigidus spiritus: id est, qui non calet irâ, vel fervore pruritūque loquendi; sed moderatus est, suosque novit cohibere impetus. Chaldaeus vertit, & humilis spiritus. Spiritum hunc interpretari possumus duplicem: alium spiritualem in sensis, & conceptu animi, affectibusque pretiosus consistentem; alium corporalem, in halitu ipso & anheliu, quo respiramus; qui alius ad dentes, palatum, linguam & guttur, efficit vocem ac sermonem. Ergo qui spiritum hunc utrumque pretiosum habet; est vir eruditus. Pretiosum, non pauci rarum intelligunt; juxta modum loquendi biblicum; Sermo Domini erat pretiosus in diebus illis. 1. Reg. 3. 1. quod enim rarum, carum, atque adeò pretiosum est: quasi diceretur, qui rariûs, nec omnia mentis suæ sensa effundit; est vir eruditus, sive sapiens & prudens.

Considera 20. Stultum prudenti oppositum. *Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur; & si compresserit labia sua, intelligens.* Particulam quoque notant Rabbini, pertinere ad majorem amplificationem laudum prudentis, in sermone parci; adeò, ut etiam stultus silentio dans opem, habeatur sapiens: si enim filet, suam recte insipientiam, & facit opus sapientibus familiare. Solon dicenti cuiquam, ideo ipsum non loqui, quòd insanus esset, respondisse fertur: *nullus stultus tacere potest.* Adverte porrò majus esse prudentiæ indicium, si compresseris labia tua; quàm si tacueris simpliciter: nam qui tacet, potest judicari nihil sciens, volvensque mente, quod proferat; qui autem comprimit labia sua, linguam ad loquendum bullientem refrænat: quod suo tempore agere proprium est sapientum. Cum Salomone consensit Job, dum ad amicos suos dixit: *Utinam taceretis, ut putaremini esse sapientes!* Job. 13. 5. Experiuntur hoc vel maxime, defensores causæ iniquæ, qualis exempli causâ est hæresim docentium: qui à nostris consultati Doctoribus, nullâ re magis, quàm responsis & garrulitate suâ produnt iniquitatem, amentiamque suam. Hebræorum adagium erat valde bellum: *Lagena plena nummis non sonabit; unicus & alter nummus, si in ea fuerit, sonum edet & tintinet.* Quò enim quisque doctior ac sapientior; hòc in loquendo modestior, hòc taciturnior. Tacere qui nescit, nescit loqui, ait Seneca in proverbiiis: nam tacendo & præmeditando discit, quid oporteat loqui. Egregie Sanctus Gregorius: *Pravi, sicut in sensu sunt leves; ita in locutione præcipites: quia quod levis mens concipit; levior lingua protinus prodit.*

Considera 30. Scriptum esse à Sancto Jacobo: *Sit autem omnis homo velox ad audiendum; tardus autem ad loquendum.* Jacob. 1. 19. Quàm bene tu vitæ animæque tuæ consuleres; si documentum istud, & cætera, quæ afferimus, sapientiæ monita observares!

ORACULUM CXLV.

Occasiones quarit, qui vult recedere ab amico: omni tempore erit exprobrabilis. Non recipit stultus verba prudentia: nisi ea dixeris, quæ versantur in corde ejus. Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit: sed sequitur eum ignominia & opprobrium. Proverb. 18. v. 1. 2. 3.

Considera 10. Versûs primi lectiones, versiones, interpretationes planè varias, atque ab invicem multùm differentes haberi apud eos; qui adhærescentes ad Hebræa Biblia, recedunt ab editione vulgaris: cui nihilominus ad amissim adstipulantur septuaginta, ut antiquissimi sic & authoritatis gravissimæ. Occasiones quarit, qui pertæsus amici, vel undecunque irritatus recedere vult ab eo: id est causas prætextendas inquirit; ne temerè videatur cum nota perfidiæ rupisse amicitiam. *Omni tempore erit exprobrabilis*: **T** exprobrabilis aliqui passivè, alii ut dicimus activè accipiunt: hoc est, vel vituperandus & ignominiosus, tanquam infidelis erit apud omnes; vel miscebit lites semper, & pro-

bra jacet in amicum, à quo leviter recessit. Unde vetus est verbum: *amicitia non rumpenda, sed dissolvenda sunt.* Taliter missum ad se à Rege Syriæ Naaman Principem militiæ summum, quò curaretur à lepra sua, videns Rex Israël dixit: *Animadvertite & videte, quòd occasiones quarat adversum me.* 4. Reg. 5. 7. Taliter in parabola invitatorum à Domino ad nuptias: *Ceperunt omnes simul excusare: Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam: rogo te, habe me excusatum.* Et alter dixit: *juga bovum emi quinque, & eo probare illa: rogo te habe me excusatum.* Et alius dixit: *Uxorare duxi, & ideo non possum venire.* Luc. 14. 18. Ubi primi duo videatur excusare se aliquantùm honestè, dicentes: *rogo te habe me excusatum:* tertius carnì alligatus, ait proflus absurdè: *non possum venire.* O insensati! si sciretis donum DEI, & quis est, qui vos, & quòd invitat; vos forsitan petissetis ab eo, ut sinat vos recumbere in loco cœnaculi sui novissimi, veste indutos nuptiali. Taliter denique Schismatici, quantas quàmque inanes quàmvis occasiones segregandi se à Sponsa Christi, *columna & firmamento veritatis,* (1. Tim. 3. 15.) Ecclesiæ. *Non recipit stultus verba prudentiæ: nisi ea dixeris, quæ versantur in corde ejus.* Hæc est maxima illius stultitia! si etenim non versatur in ejus corde nihil malitia & improbitas; nihilque aliud velit audire atque intelligere: morbus ipsius est inmedicabilis. *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus DEI.* 1. Cor. 2. 14. Debet nihilominus vir prudens fultro se, quoad licet, accommodare in agendo, & avertendo eum à sua impietate; quò nimirum suâ is propriâ inesceret esclâ, & suo capiarer hamo. Sic Sanctus Franciscus Xaverius cum Indis & barbaris agebat ut Indus & barbarus; cum pueris repuerascebat, cum militibus miles, cum agricolis agricola, cum mercatoribus mercator, omnibus omnia factus est, ut omnes lucraretur Christo: secutus in hoc Sanctum suum Patriarcham Ignatium, cujus de sanandis inveteratis apophthegma erat: *ad tales convertendos ingrediamur, cum eo, quòd ipsorum est; sed ingrediamur cum nostro.* Quòd si tu incipias cum eo, quòd versatur in corde impii; & non progrediaris ad verba prudentiæ: quàm metuo, ne stultus te pervertat citius ad vanitatem, & iniquitatem suam; quàm tu illum coartas ad pietatem!

Considera 20. Meditatione dignissimam sententiam. *Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit: sed sequitur eum ignominia, & opprobrium.* Hic etiam consonant Septuaginta cum editione vulgata, & sic vertunt: *Quando venerit impius in profundum malorum, contemnit: supervenit autem ei inhonoratio, & opprobrium.* In Hebræo est: *Cum venit impius, venit etiam contemptus, & cum ignominia.* Sepuaginta illi viri sancti Spiritus Divini ductu subaudiverunt ac suppleverunt verba illa: *In profundum peccatorum.* Tria sunt in hoc memorabili oraculo plurimùm ponderantia. 10. *Cum in profundum venerit peccatorum.* 2. *Contemnit.* 3. *Sequitur eum ignominia, & opprobrium.* De profundo illo peccatorum multa multi Sanctorum Patrum: ex quibus colligimus primò profundum illud barathri, quòd absorbet in hac vita scelestos, esse consuetudinem peccandi; quæ necessitate quasi affert; & est veluti lectus, cui affiguntur, & in quo dormiunt iniqui adeò: ut nihil pene aliud sentire guitaræque veliat, quàm peccatum, centrum in eo suamque omnem felicitatem miserimè constituentes. 2. Esse cœcitate mentis, quæ quoties iteratur flagitium, toties etiam atque etiam excœcatur: unde in profundo malorum jam vix videt, quòd agit; imò malum, cujus amore conflagrat, nullam voluntate suâ pestilentem esse bonum, verumque bonum illi contrarium contemnit. 3. Esse obdurationem voluntatis in malo; puta impœnitentiam, contumaciam, pertinaciam, impudentiam quorumvis scelerum patratorum, cum odio summo, fugaque omnis eorum remedii conjunctam: esse denique supremum malorum apicem, desperationem; quæ vitam nostram penè parè morti æternæ damnatorum efficit. Totidem gradibus oppositis ascendunt iusti ad DEUM, euntes de virtute in virtutem, atque in summum cœlorum contendentes. *Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.* Contemnit, hoc est non parat, non laborat, nihil audire vult de vulnerum suorum medicina; deque salutis periculo proximo & evidenti depellendo. Contemnit unicam in tanto suo naufragio tabulam, pœnitentiam; contemnit virtutem, & regnum cœlorum, pœnas peccatorum, & infernum, DEUM & Christi JESU vitam, ac mortem: contemnit scripturas & verba sapientum; exempla & intercessiones Sanctorum: vult de his universis, Deoque ipso & cœlo, & inferno, quasi studiose confidit dubitare; nec veretur negare, quæ oculis non vidit corporeis, aut ab iis, qui viderunt, non audi-

audit. Contemnit morsus assiduos conscientiæ; Angeli sui quoque custodis monitis & iisibus excutitos: quos ne sentiat, callum obduxit; ut nec audiat in mundi se gaudia & illecebras levissimas immerit. S. Hieron. in Ezech. 1. *Conscientiam, inquit, terminus præcipitari apud quosdam, & suum locum amittere; juxta id, quòd scriptum est: Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit.* Ergone contemnit? ô infelicissime! An verò contemptione illâ tuâ DEUM, Cœlites, Ecclesiâ loco suo deturbabis? An verò infernum extingues? mortem uno momento morabere? ne sequatur te ignominia & opprobrium sempiternum præstabis? Contemnis nunc opinor, non quòd verè intellectu tuo, animæ salutem præ mundo universo non æstimas; sed quia scelerum tuorum laqueis & catenis es nimio opere, constrictus, rumperèque vincula tua detrectas. Cur contemnis? eò quòd uti Judæis futurum prædixit Dominus Isa. 6. 10. excœcatus est cor tuum, & aures tuæ aggravatæ; oculos claufisti, obdurasti cor tuum cum Pharaone: ne fortè videas oculis tuis, & auribus tuis audias, & corde tuo intelligas, & convertaris, & sinet te Archi-ater tuus DEUS. Misericordia, bonitatisque DEI est infinita in peccatores omnes: sed tu oculos, auresque aperire, corde intelligere, cessare ab iniquitate, converti, sanari non vis: Verùm voles aliquando, in morte hac post mortem, tibi quò non putas horè immiamem. Si querat aliquis, quid singulare de gehenna sentiat Salomon; cùm eam vocat *ignominiam & opprobrium?* 31. Id, quòd Spiritus Sanctus, & Christus JESUS sensit de regno Cœlorum, vocans illud gloriam suam. Gloria, maximum est in terris hominum bonum; eo nomine cœlum, infernus, ignominia, opprobriique titulo erat nobis proponendus. Et hæc ignominia supplicii, & gloria illa præmiis est infinitis contexta.

Considera 30. Gravissimum in hac serie malorum esse illud, *contemnit.* Oro te per omnia humana & Divina jura! per animæ tuæ, quam unicam; & æternitati felicit procreatam habes, salutem! si fortè ad hoc profundum tendis, vel in eo jam hæres; noli contemnere, noli nugari, noli DEUM animamque tuam irridere: ocyus evigila, intellige, convertere ad Dominum DEUM tuum. Gradibus iisdem, quibus elongatus es, appropinquare ad DEUM stude. Volenti, amanti, querenti salutem nihil est difficile.

ORACULUM CXLVI.

Aqua profunda, verba ex ore viri: & torrens redundans, fons sapientia. Accipere personam impii non est bonum; ut declines à veritate judicii. Labia stulti miscent se rixis: & os ejus jurgia provocat. Proverb. 18. v. 4. 5. 6.

Considera 10. duas notabiles in aqua profunda qualitates. Alteram, quòd adeo copiosa, & abundans sit; ut exhauriri ac deficere vel vix, vel planè non possit. Alteram, quòd fit, vel videatur esse obscura; cujus terminum & fundum dispicere nequeas. Hujusmodi sunt verba, ex ore viri profuentia; id est, ex ore iusti & sapientis: manant etenim ex corde, in quo, ut legunt non pauci, *seaturit, aut profilit fons sapientia;* in quo flumen torrentemque doctrinarum pulcherrimarum redundantem effundit virtus & prudentia. Talium virorum verba cupidissimè legunt, audiuntque disciplinæ sanæ amantes; delectantur illis etiam atque etiam repetitis: est quippe quòd inde discant; est quòd hauriant de novo semper voluptatis: nec primo statim obtuto penetrantur; ruminant opus, ut eorum fundum assequare. Quæ omnia in nulla veriùs, quàm in Spiritus Sancti, & illius, quem concipiens fœmina virum in utero circumdedit, eloquia quadrant. Pueri è contrario sive stulti, quibus puerorum cognomen senibus etiam optimè tribuet; quamvis garruli totaque die loquentes, nihil præter strepitum vocum auribus prudentibus producunt: sunt, ut vetus ille orator, cui aliquando acclamatum: *Incipit verborum flumen, mentis gutta.* Fons suam primùm implet cocham; deinde super effluentem aquam diffundit, communicatque cum aliis: ita se habet sapientia vera in corde viri. Doctor, inquit Sanctus Bernard. *fit concha non canalis;* qui nihil aquæ sibi retinet, sed quòd recipit, effundit totum. Vis naturam cordis, orisque nòsse insipientis? *Labia stulti miscent se rixis; & os ejus jur-*

gia provocat. *Miserent*, vel quòd rixarum est appetens obsequium pacis; vel quòd æmulari volens sapientem, cujus sermone graviores etiam lites sæpè componi videt, iurgia non ut sedet, verùm per imprudentiam suam provocat: jam inter se committens acrids rixantes; jam à mutuis eos vulneribus suam propriam in perniciem convertens.

Confidera 20. Senteutiã mediam. *Accipere personam impii non est bonum; ut declines à veritate iudicii. Non est bonum*, hoc est pessimum ac nefarium est: nam si extra forum iustitiæ accipere personam impii, colere illum, & omni officii genere præiusto paupere prosequi, eò quòd potens, dives, metuendus est, non esse bonum clamant scripturæ; quantum erit scelus id committere, ad declinandam à veritate iudicii? *Inter omnia peccata sacerdotum*, ait S. Ambrosius super Malach. *illud est maximum; quòd non causas, sed personas considerant; & despecto iusto paupere, iniustus divites honorant.* S. Bernardus lib. 2. de consider. ad Eugenium Papam: *non parvi te rem peccati existimes; si facies peccatorum sumis; & non potius causas iudicas meritorum. Esi enim vitium, cuius si te immunem sentis; inter omnes, quos novi ex his, qui cathedras ascenderunt, sedebis me iudice solitarius: quia veraciter, singulariterque levabis te supra te. Huius calidissima vulpecula magnorum neminem comperi, satis cavisse versutias.* Hæc Doctor Mellissus. Humani iudices, sunt DEI & Christi iudicis supremi vicarii: quare si iudicant iniquè, personasque accipiunt hominum; pervertunt eum summa in eum injuria, iudicium Christi. Unde S. Hieron. super Amos: *Quicumque consanguinitate vel amicitia, vel e converso hostilia odio, vel inimicitia, in iudicando ducitur; pervertit iudicium Christi.*

Confidera 30. Quam per se abominabiles sint hi stulti voluntarii, sive impii; quos taxari à sapiente audis! Vide, ne tu ex eorum numero sis unus.

ORACULUM CXLVII.

Os stulti contritio ejus: & labia ipsius ruina anima ejus. Verba bilinguis quasi simplicia: & ipsa perveniunt usque ad interiora ventris. Pigrum dejicit timor: anima autem effaminatam esurient. Qui mollis, & dissolutus est in opere suo; frater est sua opera dissipantis. Proverb. 18. v. 7. 8. 9.

Confidera 10. Paræniæ primæ veritatem ex iis, quæ præcesserunt, patere. Ori attribuitur, quòd reverà ex corde vano & fatuo stulti seu iniqui oritur: verùm cum hominis cor sit nobis occultum; labiis ejus, per quæ se primùm effundit ac manifestat, mala ipsius assignamus. *Os stulti contritio ejus*: quia ut inquit hic Cajetanus, conterit, frangit, elidit se ipsum: dam ut sua falsa & stultiloquia defendat; repugnantia cogitor asserere: quibus illaqueatus, & implicatus expedire se nescit. *Verba bilinguis quasi simplicia*: per bilinguem accipiuntur susurriones, adulatores, detractores, variisque linguæ vitii discordias seminantes, atque aliter his, aliter aliis rem eandem depingentes. Verba eorum quasi simplicia: videntur enim esse vera, sincera, fucò & versutià omni vacua, & ipsa perveniunt usque ad intima cordis. Septuaginta bilinguem hunc vertunt *caudatum*; ubi nonnulli ad vulpem dolosam, alii ad canem caudâ suâ blandientem, alludi putant. Præclare Siracides 2. 14. *in duplici corde & labiis scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredientem duabus vitis.* Nihil simplicis & recto corde pulchrius; nihil gradiente duplici corde, ore, viâ scelestius.

Confidera 20. Verum tertium in Hebræo non existare; atque ideo numerum ei non apponi: Romane transcripserunt illum ex Septuaginta; qui sequentem proximè in Hebræo versum, duplici sententiâ invicem plant affini exprimere voluisse videntur. *Pigrum dejicit timor; anima autem effaminatam esurient. Qui mollis est, dissolutus est in opere suo; frater est sua opera dissipantis.* Unde advertis pigrum esse timidum, molestitiarum scilicet in operando superandorum laborique timentem; esse effaminatam, ac nullos viriles spiritus præferentem, sed in otio, ut mulieres torpentem: esse fumentem, fructibus quippe, quos colligit labor & industria privatum; esse mollem, qui nihil ardui

& ad-

verbi ferre possit; esse dissolutum, sive in omnem morum, affectuumque suorum licentiam effusum; nec in se ipsum viramque suam curandam, seriò unquam collectum: denique fratrem esse, sive ut Chaldaeus vertit, *socium*, filii prodigi sua omnia dissipantis; non tam quæ possidebat piger, quàm possidere, quæ nullo negotio poterat, si vir fortissimè fuisset. Est hoc proverbium & elegantissimum, & cum in præsentis vitæ negotio, tum verò in aeternæ multò verissimum. Ille quia Domino suo coelesti unum tantummodò talentum acceperat, non abligurivit illud comessando luxuriosè; sed abiecit abscondit pecuniam domini sui: & rationem postea ponente illo cum servis suis, repræsentavit illud ex fudario integrum: fuit nihilominus frater in pœna sua opera dissipantium, eo uno titulo; quòd usuram pecuniæ sibi creditæ, domino suo exhibere non potuit. Huic pigro ad laborem excitando, ne plura dicam, unicum e turba Ethnicorum Sapientum propono consiliarium. Ciceronem Tuscul. 2. *Ut onera contentis corporibus facilius feruntur; remissis opprimunt: Similium animas intensione sua depellit pressum omnem ponderum; remissione autem sic urgetur, ut se nequeat extollere.* Ita ille Philosophus, an Orator præstantior, quis deciderat? Nemo vestrum pigri quærat, laborum & operum, ad quæ nati estis, difficultatibus vos esse victos; vinoimino eò, quòd timidi, quòd effaminati, quòd molles, quòd dissoluti, quòd fratres esse vultis sua opera dissipantis: qui tantisper saltem, dum superest, quòd dissipet, gaudet; vos semper esuritis.

Confidera 30. Pigri nomen esse omnibus odiosum; non item mores. Tu esto seriò vir, & confortare. Neque tibi oro velis eo blandiri; quòd aliquid semper videre agere: sed age, quæ verè aliquid sunt: hoc est, quæ vel in hoc, vel quò super omnia prudentibus collimandum est, in futuro sæculo ad famem te depellendam juvare possunt.

ORACULUM CXLVIII.

Turris fortissima nomen Domini: ad ipsum curret justus, & exaltabitur. Substantia divitis, urbs roboris ejus: & quasi murus validus circumdans eum. Antequam conseratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur. Qui prius respondet, quàm audiat; stultum se esse demonstrat, & confusione dignum. Proverb. 18. v. 10. 11. 12. 13.

Confidera 10. Phrasibus his, laudare, invocare, admirari, exaltare, &c. nomen Domini, plenos esse libros tam Propheticos, quàm Evangelicos: significari autem iis, per *TD* nomen, rem ferè nominatam sive DEUM, certissimum est: cujus infinita & incomparabilis majestas in hoc sita esse videtur, quòd nomine suo solo repræsentatus, gloriam & virtutem habeat eandem, atque in se ipso. *Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum*, prima nostra oratio esse debet. *Omnis, qui invocaverit nomen Domini, salvus erit*, celeberrima est in utroque fœdere divina promissio; nec unquam fallens, si fide, spe, charitate debitè flagrans, illud invocaveris: invocetur ubicunque, nequit non audire, quia est immensus; scit & vult & potest juvare, quia est infinite sapiens, ac potens, ac bonus. Ergo *turris fortissima nomen Domini*: tam videlicet fortis, quàm DEUS altissimus. Ad hanc turrim, asyllum, arcem, urbem refugii currite iusti; quorum spes non confundetur in aeternum: currite peccatores ad iustitiam anhelantes: hæc turris vos utroque proteget, & exaltabit; hostes vestros diabolum & impios deprimit, perdetque in aeternum. *Substantia divitis urbs roboris ejus; & quasi murus validus circumdans eum.* Simile quid explicuimus supra Oraculo 48. c. 30. v. 15. Iusto itaque turris fortitudinis est nomen Domini; At diviti, mundique inaligni amatoribus spes & robor omne, urbs quæ opinione ipsorum fortissima, est in eorum opibus & substantia. Quid quæso debilius, quid levius hoc propugnaculo? *Telas araneæ texerunt: tela eorum non erunt in vestimentum.* Isaie 59. Illud in Hebræo, *quasi murus validus circumdans eum*, plures vertunt: in *imaginazione ejus*, hoc est,

in

in opinione ac persuasione divitis murus est validus. *Vatabus sic habet: At divites fingit sibi opes suas viribus fortissima, ac muri altissimi loco esse.* O iusti! res vestrae sunt re vera nimium in tuto; Vestrae contra divites! opinione, vel juxta Septuaginta, *obumbratione*, umbrisque cogitationum vestrarum iniquarum florent; in veritate, sunt loco periculoſissimo. *Vidi impium superexaltatum, & elevatum sicut caelos libani; & transiit, & ecce non erat: & quasi vi eum, & non inventus est locus ejus.* Psal. 36. 35. Non defunt, qui substantiam hanc divitis interpretantur, pro spiritualibus, virtutumque operibus; quibus quasi muro valido circumdati sunt verarum divitiarum sectatores.

Confidera 20. *Duas posteriores gnomas. Antequam conteratur, exaltatur cor hominis, & antequam glorificetur, humiliatur.* Est hoc etiam repetitum ex cap. 16. v. 18. & in Oraculo 130. expositum. Conteritur à DEO superbus; quia se ipse prior exaltavit: humiliatur autem ab eo, quem is glorificare vult: ut nec hic, nec ille gloriari possit, nisi in Domino. Necesse fuit Nabachodonozori, qui se super omnes mortalia exaltavit, ut se infra omnes abjectum esse agnosceret, quò recte ad pristina dignitatem posset. *Si nescis ascendere super scalam, non ambulabis super lectum*, proverbium fuit Arabum Cent. 1. n. 3. per scalam verò ascendens, ab imo incipit, atque ita gradatim se in lectum promovet. *Qui prius respondet, quàm audiat; stultum se esse demonstrat, & confusione dignum.* Ratio est clarissima & certissima cunctis. Ad minimum enim periculo exponit se; ne rogatus de fabis, ut vulgò dicitur, respondeat de cepis. Huic non est multum abſimilis, qui partem litigantium audiens, alterà non audità, respondet, habetque causam pro decisa.

Confidera 30. quid in his punctis ad animam prudentiamque tuam regendam, præ cæteris appoſitum reperias. A turri fortissima nomine Domini, noli unquam, si sapias, recedere.

ORACULUM CXLIX.

Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam; spiritum verò ad iracundiam facilem, quis poterit sustinere? Cor prudens possidebit scientiam: & auris sapientium querit doctrinam. Donum hominis dilatat viam ejus: & ante Principes spatium ei facit. Iustus prior est accusator sui: venit amicus ejus, & investigabit eum. Prov. 18. v. 14. 15. 16. 17.

Confidera 10. Spiritum jam bonam, jam in partem malam variè accipi, sed cùm hic addatur: *spiritus viri*; sermonem esse de spiritu virili, forti, magnanimo, facile intelligi potest. Ille igitur spiritus sustentat imbecillitatem suam: suffert enim ac tolerat corporis, & calamitatum aliarum, quas undecunque patitur, infirmitatem. Unde videmus viros magni spiritus majora sapere, quàm alios viribus multò validiores, sed pusillanimos, agere ac pati. Sanctum Franciscum tradit S. Bonaventura tamen laboribus, sui que afflictationibus exhaustum, charitate tamen adè ferventem fuisse; ut in itineribus onera vitorum ingentia in humeros suos suscipiens portare alacriter. At spiritum ad irascendum facilem. (Septuaginta vertunt *pusillanimum*, qui vel acu si leviter tangatur, excandescere, nihilque ferre queat) sustinere ac tolerare quis poterit? Quod de ira, idem peccat de aliis cupiditatibus pravus in te prædominantibus, dicendum est. Cætera omnia feras domesticque facilius; quàm hos animi tui domesticos hostes. Sed nec in his revincendis desperandum tibi est; modò spiritum viri obtineas: hoc est & à DEO illum expetas; & exercitatione mentis assidua procures. Divinus ille si rogetur, *Spiritus, adjuvat infirmitatem nostram.* Rom. 8. 26. Præterea prudentia quoque ac sapientia te ad id manducare non parùm potest. *Cor prudens possidebit scientiam; & auris sapientium querit doctrinam.* Hanc se ipsum, suamque naturam depravatam vincendi scientiam, quâ nulla est in hac vita magis necessaria, cor prudens possidebit: quia non cessabit contendere viribus & caelestibus & humanis; donec eam consequatur: hanc auris etiam ejus querit doctrinam; Querit audiendis legendisque Sapientium ac Sanctorum monitis; usque dum inveniat eam.

Confi-

Confidera 20. *Donum, quod hominis viam dilatat; & ante Principes spatium ei facit.* Si vacuus ad Principem accedas; via & aditus erit tibi angustior: nec spatium fortasse, locumque in conspectum ejus veniendi reperias. Apud Persas olim nulli accessum ad Reges patuisse, nisi munere præmissis, vel allato, memoriae proditum est. Neque in hac gnomo Salomonem adversus munera sepiùs alibi detonantem, sibi contrarium esse velim putes: aliud enim est, offerre illa iudici, ad eum currum alibid, invertendamque justitiam; quod reprehenditur à Sapiente: aliud Principi ac Magnati donare; quò viam sternas ad honestos, utilisque communi, vel etiam privato bono tuo fines, gratià ejus evincendos. Sunt multi, qui per hoc donum intelligunt eleemosynam; quæ viam hominis ad plurima bona dilatat, spatiumque illi aperit, DEO, Principibusque caelestibus proximè assistendi. *Iustus prior est accusator sui; venit amicus ejus, & investigabit eum.* Septuaginta legunt: *Iustus sui ipse est accusator in principio sermonis.* In plures abeunt hujus exponitores textus sententiarum. Rabbinì & alii litteræ uni adherentes, sic explicant communiter: Iustus non exspectat, ut accusetur; sed ipse prior se iudicij sinit, & accusat, fidensque causæ suæ rem sincerè, prout se habuit, expromit: supervenit deinde alter iusti oratione præmissâ delinitus & amicus ejus effectus; qui benignus in eum investigat. Nam qui prior est in lite, is & superior, & victor, ut ajunt, esse solet. Alii de iusto cum DEO ferè comparato, sermonem hic esse censent. Iustus prior est apud DEUM accusator sui; per quod etiam peccaverit, quis enim absque delicto? *jam iustus esse incipit*, inquit S. Ambros. l. 1. offic. c. 25. Venit ergo amicus ejus, id est DEUS iustorum amicus; & in eum investigans sanat, liberatque ab iniquitate. S. Cyprian. l. 2. in Joan. c. 147. à Salomone dici credit illa; ut vitandam esse laudem propriam, arrogantiam, superbiam doceat. Exemplum hujus superbi se non accusantis, sed fædè ostentantis, vicissim iusti peccata sua confitentis, est pulcherrimum. Phariæus & Publicanus, in templum uterque, ut orarent, ascendentes: de quibus Dominus: *Dico vobis, ait, descendit hic justificatus in domum suam ab illo.* Luc. 18. S. Ambros. in Pl. 118. Odonario 4. hinc potissimum urget; ut orantes primò & ante omnia confiteamur Domino peccata nostra, eorumque veniam petamus: ac tum progrediamur ad petendum ab eo beneficia, quibus egemus, alia, Idem in Psal. 37. sub finem: *Ut febris in alto site non queant mitigari; cùm foras eruperint, spem afferunt desinendi: ita peccatorum morbus, dum tegitur, inardescit; si confessionibus proditur, evaporat.* Et ideo iustus accusator est sui in principio sermonis; priusquam contagio ulcers serpat intrinsecus. Confirmat hæc exemplo primorum parentum, & Caini peccantis: illi confessi sunt peccatum suum DEO: *Serpens decepit me, & comedi, aiebat Eva; & similiter & Adam: quid Cain? interrogatus ubi est Abel frater tuus? respondit Domino: Nescio: num custos fratris mei sum ego?* qui confessi sunt peccatum suum, salvati per Christi gratiam; qui negavit, neque se accusare voluit, factum investigante Iudice ipso traditus accusatori diabolo, unà cum eo pœnis multandus æternis. Denique proverbium hoc complures Sanctorum Patrum adaptant confessioni sacramentali: quæ licet in veteri lege nondum instituta; libri tamen Prophetarum scribunt ad fideles omnium sæculorum; & Christianis præcipuè applicandi temporibus. In hoc igitur mirabili summèque necessario lapsis post baptismum legis novæ Sacramento, impletur perfectè sicut illud Salomonis: *Iustus prior est accusator sui*; En primam poenitentiae Sacramenti partem! *Venit amicus ejus, & investigabit eum*: En secundam! Amicus iste tuus, Iudex est in hoc tribunali, Christi loco & autoritate præsidens: quodcumque ille nunc ligaverit, aut solverit; erit ligatum, aut solutum etiam in futurum in Cælo. Si probe intelligeres, quantum is sit amicus tuus, medicus, consiliarius, magister animæ tuæ, quàm benevolus & salutaris; quàm te amice investiget, ut sanet, liberet, salvum faciat; nō tu accusares te prior avidissimè; investigantem sustineres pacatissimè. Idem est SS. Interpretum de illis Isaïæ verbis ex Verſione Septuaginta Judiciorum: *Dic tu iniquitates tuas primus; ut justificeris.* Isa. 43. 26.

Confidera 30. De nulla re magis legendo & expendendo ista, quàm de vita, moribusque tuis secundam ea componendis, sollicitum esse oportere. Id si undecunque neglexeris, fructum ex hac schola nullum, exitium animæ tuæ maximum referre poteris.

ORACULUM CL.

Contradictiones comprimunt fors; & inter potentes quoque dijudicat. Frater, qui adjuvatur à fratre, quasi civitas firma: & iudicia quasi vestes urbium. De fructu oris viri, replebitur venter ejus: & gemina labiorum ipsius saturabunt eum. Mors & vita in manu linguæ, qui diligunt eam, comedent fructus ejus.
Proverb. 18. v. 18. 19. 20. 21.

CONSIDERA 10. Contradictiones, vel prout est in Hebræo *lites*, quando rationum momenta sunt incerta, & æqualia ferè utrinque; optimè comprimi forte, quam pars utraque litigans accipiat. *Comprimunt*, Hebræus habet, *cessare facit*: Chaldæus, *Contentiones abrogat*. Septuaginta: *Contradictiones sedat*. Et inter potentes quoque dijudicat: quasi diceret: nec inter plebejos tantum, aut mediæ conditionis homines; sed & inter summos, ut alii leguat, inter fortes, aut Dyoastias, inter Principes exortas controversias, bellæque decedit ac definit fors: ut Judex innoxens, nullòque constantis pretio litigantibus. Quis, iniquis, causam suam gravissimam, fortunas, regiones, dignitatem summam, calui & fortunæ dubiæ, levique committat? Casus & fortuna dicitur quoad nos homines; sed non quoad DEUM: cui speciali sunt curæ, ut supra jam monuimus, casus hi merè fortuiti, & fortes hujusmodi. Mavisne bellis & contentionibus perpetuis, quàm DEO te comittere? Audi Apostolos, inter Josephum, qui vocabatur *Iustus*, primòque nominatus est loco, & inter Mathiam, eligentes unum, qui Judæ proditoris Episcopatum accipiat: Et orantes dixerunt: *Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende, quem elegeris ex his duobus unum, accipere locum ministerii huius & apostolatus, de quo prævaricatus est Judas, ut abiret in locum suum. Et deserunt sortes eis, & cecidit fors super Mathiam: & annumeratus est cum undecim Apostolis.* Nec Josephus fortunæ suæ iniquitatem accusabat; nec Mathias felicitatem adorabat: sed uterque acceptæ de manu DEI forte suæ contentus, DEO non casui, quod evenerat, adscribebat. *Frater, qui adjuvatur à fratre, quasi civitas firma: & iudicia quasi vestes urbium.* Fratrem hunc à fratre, adjutum non pauci ex Hebræo legunt in sensu planè opposito; *frater, qui deseritur à fratre, aut qui rebellat fratri suo*: Explicantes odium & injurias à fratre illatas, fratri tam acerbas, vixque unquam conciliandas esse; quàm si civitas firma rebellet contra Principem. Editio vulgata sequitur lectionem Syri & Septuaginta, qui sic vertunt: *Frater à fratre adjutus, quasi urbs munita & excelsa.* S. Cyprianus Ep. 14. *Frater, inquit, fratrem adjuvans exaltabitur, quasi civitas magna.* Itaque concordia, mutuisque fovens auxiliis frater fratrem, est illi pro urbe; (in Hebræo est *præ urbe*, id est potior ac validior urbe) est quasi urbs munita, & civitas magna, quæ tam munitionibus, quàm populo suo potens sit. Quod cives in civitate inter se uniti, hoc sunt in familia fratres invicem plenè conjuncti. Dicitur Frater apud Gellium, *quasi ferè alter. Et iudicia quasi vestes urbium.* Hanc sententiam cum præcedente copulantes, intelligunt aliqui familiam, & civitatem, optimè munitam, vestes ejus, forsesque clausas & obserratas adversus hostem, duabus servari rebus: civium concordia, nec non judiciorum æquitate. Alii contrà iudicia hæc accipiunt pro discordia & jurgis fratrum aut civium; quæ dicunt esse quasi vestes & repagula in foribus urbium ad aperta & patentia, ita ut quilibet in eas irrumpere adversarius queat.

CONSIDERA 20. quæ sequuntur. *De fructu oris viri replebitur venter ejus: & gemina labiorum ipsius saturabunt eum.* Hebræus habet: *De proventu labiorum suorum satiabitur vir.* Fructus igitur oris tui, proventa & verbis, sermonibusque iis, quos labia tua pariunt, replebitur venter tuus: qualem enim cibum os & gula demittit in ventrem; tali pasceris & saturaberis: si sanum, tuo bene corpori; si noxium, erit malè. Venter metaphoricè ponitur pro intimis animæ tuæ; puta pro mente, corde, conscientia; que mirè lædis partu malo labiorum, nutris autem & recreas genimine salutarum. Quam ob rem additur: *Mors & vita in manu linguæ: qui diligunt, (apud Septuaginta est, qui continent,) eam, comedent fructus ejus.* Ergo continere linguam, & frænare volubili-

tatem ejus; est diligere illam: est enim pretiosam & bonorum fructuum feracem efficere. Lingua secundum Aristotelem & Plinium, ultimum esse creditur, quod in embryone animatur vitamque accipit; primum quod extinguitur in homine moriente: ita & in vita spirituali, suprema illius perfectio est lingua, ut par est moderata; juxta illud S. Jacobi 3. 2. *Si quis in verbo non offendit; hic perfectus est vir: potest enim in fræno circumducere totum corpus.* Vice versà mors animæ à vitio linguæ capite communiter exordium. Verbo uno, mortem & vitam in manu esse linguæ, mortaliū omnium experientiâ certissimum est.

CONSIDERA 30. Veritates has, quo minùs possunt ab ullo meatis compote negari, eò magis debere te cordi habere impressas, moribusque tuis expressas.

ORACULUM CLI.

Qui invenit mulierem bonam; invenit bonum, & hauriet jucunditatem à Domino. Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, stultus est & impius. Cum obsecrationibus loquetur pauper; & dives effabatur rigidè. Vir amabilis ad societatem, magis amicus erit, quàm frater.
Proverb. 18. v. 22. 23. 24.

CONSIDERA 10. Ne plura de mulieris bonæ pretio dicamus; verbum unicum *invenit*: ex quo dicitur mulierem bonam non esse rem obviam, & passim occurrentem; sed rarum atque occultum thesaurum, qui singulari quærendus est industriâ, ut inveniat. Formam illius, opes, nobilitatem vides; ad ea quæ latent, & quæ studiosè teguntur à muliere, vel maxime ad nuptias anhelante, naturam nempe, mores, virtutem, aut vitia, & ante omnia qualisnam futura sit, etiam si nunc bona esse videatur, scire nequis. Notatur igitur per *invenit*, fortuitum quid esse, uxorem reperire bonam: nam quæ certo consilio nanciscimur, dicimur accipere; quæ obveniunt fortuito, invenire. Bona mulier est ut fors bona; quam DEUS suam cuicunque fortem ac fortunam dispensans, pro libitu suo dat cui vult. Quare à DEO fortem hanc bonam assidue postulare debent, uxorem ducere volentes: idèò adjicitur: *Et hauriet jucunditatem à Domino.* Quam jucunditatem à in Hebræo est, *Omne beneplacitum* sive omne bonum desiderabile, vitæ præsentis ac futuræ, quod bona uxor præstat sæpiùs viro, prolibus, familiæ domesticæ. *Pars bona, mulier bona*, inquit Siracides cap. 16. 3. *in parte timentium DEUM dabitur viro pro factis bonis.* Et infra versu 19. *Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata.* Quid communius, magisque necessarium in mundo, quàm uxor? quid rarius quàm uxor bona? O stultissimum! qui ad vitam conjugalem, per vitæ licentiam, per amores meretricios, per peccatum sibi viam sternit! *A Domino propriè uxor prudens* (Proverb. 19.) & bona, o mortales, non à diabolo! Rabbi Levi non inepte in sensu mystico per uxorem bonam accipit corpus, & sensus corporis, hominemque inferiorem, rationi & homini superiori obedientem. Quàm felix anima, cui tale corpus obtigit; vel potius, quæ corpus suum tali novit in statu continere! Næ illa jucunditatem hauriet à Domino cum hac sua uxore bona sempiternam. *Qui expellit mulierem bonam; expellit bonum: qui autem tenet adulteram, stultus est & impius.* In Hebræo non reperitur versus iste; propterea numerus ei nullus adjicitur: tamen scriptura sit, ut & alii textus similes, canonica. Septuaginta illum è versu priore videntur per necessariam consequentiam eliciisse. Cur expellis bonam; nisi ut liberius teneas adulteram? Cur studium virtutis abjicis, nisi ut libertate peccandi, rerumque creatarum amore, contempto DEO perfruare? O te stultum! o impium! stultum intellectus, impium voluntate.

CONSIDERA 20. Cum obsecrationibus pauperem; divitem verò rigidè loquentem. Paupertas generat humilitatem, & in possessionem regni cœlestis inducit: divitiæ superbiam, & per consequens

ignem æternum. Quidquid loquitur pauper, adeo modeste profert; ut obsecrare magis, quam loqui videatur: at dives opibus suis præfidens, neminemque metuens, etiam cum postulat, id quasi expostulans, durisque utens verbis depromit. Huc respexit illud Siracidis 13. 4. *Dives iniuste egit; & fremet: paupertatem laesus, tacebit.* O divites mundi, ô Christi pauperes, quam alius erit rerum vestrarum status, in die iudicii vitæ futura! *Vir amabitur ad societatem, magis amicus erit, quam frater.* Hæc sententiâ concluditur Proverb. caput prærens: ex cujus occasione quaerit S. Thomas 2. 2. q. 26. A. 8. utrum sanguine conjuncti ex ordine charitatis amandi sint magis, an amici? & respondet ita: eò quod amor consanguineorum in conjunctione naturalis originis fundatus, stabilior, nobisque intimus est. Objicias porro sibi textum allatum Salomonis, in his ait, quæ naturam spectant; magis teneri nos in necessariis providere cognatis nostris: in iis autem, quæ sub nostra sunt electione, puta in agendis, præponderat dilectioni consanguineorum; dilectio amicorum: cum his enim magis consentimus in agendis; cum quibus propria electione contrahimus societatem. Quid felicius iusto, qui Patrem, Fratrem, Amicum habet immutabilem Christum JESUM? Patrem in creatione, fratrem in redemptione. Amicum, sponsumque in sanctificatione, in gloria cœlesti æterna.

Considera 30. In hoc viridario sapientiæ amœnissimo, non tam jucunditatem, quam utilitatem, sanitatem, perfectionem animæ, quærendam tibi esse.

ORACULUM CLII.

Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua; quam dives torquens labia sua, & insipiens. Ubi non est scientia animæ, non est bonum: & qui festinus est pedibus, offendet. Stultitia hominis supplantat gressus ejus: & contra DEUM ferocet animo suo. Divitiæ addunt amicos plurimos: à paupere autem & hi, quos habuit, separantur. Proverb. 19. v. 1. 2. 3. 4.

Considera 10. Unumquemque dum vivit ambulans esse; quia viatores & peregrini sumus in hoc nostri corporis tabernaculo: itaque ambulat in simplicitate, qui cum Job est vir simplex & rectus corde: torquere labia sua dicitur, ut ex Hebræo clarè colligitur, qui ea pervertit ac depravat. Qui propter quanto melior est pauper doli expertus, & candidè integrèque vivens; quam dives fraudibus artibusque mille opes & honores accumulans, ac propterea necessariò insipiens, sive impius? Invenitur isthic paupertati cognata esse simplicitas & innocencia; opibus verò iniquitas. Mysticè Beda, melior est, ait, simplex auditor verbi DEI, si ea, quæ intelligere in Scripturis potuit, operando perficit; quam eruditus quisque, si in illis, quæ acutè intellexit, ad hæresim prædicandam, aut vanitatem labia retorquet. Ubi non est scientia animæ, non est bonum. Aliqui sic interperant, ut post animæ ponatur comma; rursus alii, ut virgula collocetur in *quod scientia*: ita ut vel sensus sit, ubi non est scientia, ibi animæ non est bene, sed malè: vel, ubi anima non habet propriam quæ regat illam scientiam; non habet bonum ullum verum. Scientiam porro animæ, intellige illam scientiam salutis; ad quam dandam venit in mundum Joannes Baptista: ut habetur in cantico Zachariæ: *Ad dandam scientiam salutis plebi ejus.* Hæc est illa, quæ sola digna est nobis; & animæ necessaria scientia: quidquid aliud hanc ignorans noveris; nihil scis, in vanitate intellectûs tui peribis. Da mihi Domine Pater misericordiarum! hanc animæ scientiam; ut intelligam, & perficiam ea, quibus agendis tuo tibi respondere secunda in tribunalis, ac salva esse queat anima mea. *Et qui festinus est pedibus, offendet.* Festinantem animiùm, nihil est proclivius, quam offendere ac labi; & ideo serius, vel nunquam pervenire, quo volare vult: intentus quippe ad currendum unice animus, gressus suos & offendicula viæ non attendit. Pedes solum sunt actionis & operis: qui multa simul, & citò vult agere; quam faciliè offender in operibus suis? siquidem non observat, quid sit, aut qualiter agendum, festinatione operis abreptus.

Considera 20. Stultitiam hominis supplantare gressus ejus: & contra Dominum ferere illum animo suo. Septuaginta vertunt: *Impudentia viri vastat vias ejus: DEUM autem accusat corde suo.* Nihil est in mundo communius. Nos errore, imprudentiâ, malitiâ nostrâ labimur, pœnâsque culparum nostrarum lutimus; & tamen fervemus animo, excandescimus, blasphemamus adversus DEUM: nos in rebus omnibus finistris, quæcunque non secundum sententiam nostram eveniunt, accusamus providentiam DEI, marmurantes contra illum quasi malorum nostrorum omnium auctorem, tam stultè ferociterque; ut mirum sit, quòd non sæpiùs vivi à terra, prout Core, Dathan, & Abiron, Num. 16. abforbeamur. Hoc peccatum crudele videmus habuisse ab Adamo lapso, qui dicebat: *Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno & comedi:* Gen. 3. Quasi crimen suum in DEUM, à quo eam accepit sociam, volens retorquere. Quæ malum, hæc iniquitatis abyssus! Bona per summam superbiam & philautiam, nobis ac nostræ industriæ adscribere, infelicitatem DEO, Divitiæ addunt amicos plurimos, à paupere autem, & hi quos habuit, separantur. Parcemia notissima millièsque vulgò decantata: cujus mysticam interpretationem adjicio. Virtus & sapientia, quæ solæ suat veræ divitiæ, multiplicant amicos cœlestes, Angelosque DEI reddunt nobis familiares; ab eo autem, qui opes has prodigens, in spiritualem incidit paupertatem; etiam quibus antea fruebatur, amici spirituales sejunguntur. O quanta est inter horum, & illorum amicitiam differentia.

Considera 30. & scrutare vitam morèsque tuos: num sis de iis, qui & in hoc seculo volunt secundum illius desideria dominari ac triumphare; & in futuro beari? At agas, quidquid velis, divinam providentiam huic rerum cursui prorsus contrariam nunquam falles.

ORACULUM CLIII.

Testis falsus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet. Multi colunt personam potentis; & amici sunt dona tribuentis. Fratres hominis pauperis oderunt eum: insuper & amici procul recesserunt ab eo. Qui tantum verba seclatur, nihil habebit; qui autem possessor est mentis, diligit animam suam; & custos prudentiæ inveniet bona. Proverb. 19. v. 5. 6. 7. 8.

Considera 10. Tres primos versus strictim hîc cum jam sæpius de iis fuerit actum, perstringendos. *Testis falsus non erit impunitus; & qui mendacia loquitur, non effugiet: vel etenim hominum, vel DEI manum non evitabit vindicem, quò seriùs, hoc severiùs iniquos certò placentem.* Ut in hemistichio primo, testem falsum; ita in secundo non omnem plant in genere mendacem, sed eum præcipuè, qui mendacio suo nocet proximo, vel in fama, vel in fortunis, rebûsque aliis, censetur hîc paræmiâ redarguere sapiens. Septuaginta enim pro eo, qui mendacia loquitur, vertunt: qui accusat iniquè. *Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. Fratres hominis pauperis oderunt eum: insuper & amici procul recesserunt ab eo.* Plans est ac facilis horum omnium ratio. Potentes nãmque partim spe, partim metu duكتورum cultum obtinent mortalium: dona, quòd opes absque labore nostro advenientes captamus avidè, amicos pariunt. Pauper, cum & egeus, & infirmus sit, tum à fratribus suis, ne juvare cogantur eum; tum ab amicis, quos fovere donis nequit, deseritur.

Considera 20. Versum 4tum. *Qui tantum verba seclatur, nihil habebit: qui autem possessor est mentis, diligit animam suam; & custos prudentiæ inveniet bona.* Ut varias hujus Parabolæ interpretationes alias mittamus; hæc videatur esse magis genuinæ. Imò. *Qui tantum verba seclatur,* hoc est spes vanas & promissa parùm fidelia; is nihil habebit: verbis enim solis qui pascitur, vento pascitur; ut venti, sic & verba, cum prolata fuerint, evanescent. At qui mentis, sive ut est in Hebræo cordis, possessor est; illudque non verbis ianibus, sed rebus opibusque veris complet; hic sanè dili-

gie animam suam, sive se ipsum: & prudentiam hanc sanctam custodiens, inveniet bona eam vitæ præsentis, tum potissimum futuræ. add. Qui tantum verba venatur, & curat in studio sapientia ac litterarum; fructum exilium, aut potius nullum inde reportabit: Philologus dici; sed non Philosophus poterit; neque solidus sui ipsius amator: bona proinde vera, quorum studiosus non est, nec inveniet. Quare non tam definire oratione sapientiam; quam habere ac possidere. 310. Doctori, qui sermone abundat optimo, factis operibusque destitutus, hæc perbellè adaptabis cuncta. An non similis ille Luseinæ canenti suavissimæ; quam cum Lacon quibusdam, voci ejus existimans carnis bonitatem haud imparè, plummis nudasset; vix aliquid in ea esu dignum reperiens, dixit: *Vix is, & præterea nihil.* Plutarch. in Lacon.

Considera 30. Ab hominibus inquiri omnium ardentissimè, quod bonum est: sed nulla in re plures decipi mortalium, nomen vulgare boni, & non veritatem attendentium. Quid vis tot annorum contentione implere cellas mentis, cordis, animæ tuæ, fumo & umbris, hoc est bonis falsis; ac post univèrsa nihil invenire in manibus tuis?

ORACULUM CLIV.

Falsus testis non erit impunitus: & qui loquitur mendacia peribit. Non decent stultum delicia; nec servum dominari Principibus. Doctrina viri per patientiam nascitur: & gloria ejus est iniqua prætergredi. Sicut fremitus Leonis, ita & Regis ira: & sicut ros super herbam, ita & hilaritas ejus. Proverb. 19. v. 9. 10. 11. 12.

Considera 10. Non rarè à Salomone, quæ vel antea, vel etiam modò dixerat, repeti non otiosè; sed ut imprimat menti nostræ, inculcèturque firmius: atque ita in hoc versu 9. & quem audivimus 5. fieri. *Non decent stultum delicia;* nec enim eas meretur impius; nec scit iis uti moderatè ac prudenter: sed stultescat, insolecèturque tantò amplius; quò liberalius ac delicatius tractabitur. *Nec servum dominari Principibus:* est argumentum à minori ad majus, ut ex Hebræo patet. Si etenim est indecorum deliciarum satium; quantò turpius dominari servum, & quidem Principibus? ab eo, qui ad serviendum natus & factus est, regi sapientes, virosque ad imperandum sates & educatos? Gnome ista mysticè in hunc modum exponitur pulcherrimè à permultis. Non decet cupiditates tuas pravas tractare indulgenter ac mollicule; sed frænare potius & coercere: ne ut sus in letum, proruant in intemperantiam, in lasciviam, in enormia crimina. Neque decet Principi & Hero suo servum, id est corpus animo & sensum rationi mentisque dominari; verùm subijci, & ab ea regi: secus enim in oculis DEI, & prudentum omnium eris planè despicibilis ac factus. Non decet servum, hoc est passionibus, vitiiisque suis servientem, in Principis ac Prælati thronum evehi, ut sapientes Principesque, sive probi & iusti subdantur ei, qui affectibus suisque appetitui rectè imperare noverunt. *Non decent hæreticum,* inquit Beda, *delicia scripturarum; qui his bene uti non novit: neque illum, qui servus adhuc peccati probatur, præferri aliis in regimine Ecclesie.*

Considera 20. Doctrinam viri per patientiam probari. Nam cum in his proverbis de doctrina & sapientia semper prædica tractetur; quæ à virtutum, quas doces aut doceris, disjungi nequit exercitio: nulla verò virtus exerceatur sine labore & rerum adversarum victoria; quippe quælibet in arduo posita: sequitur necessarîo, ut doctrina viri à Salomone instituti, per patientiam prebetur ac noscatur. Hæc enim verò patientia ostendit; num non verbis solis, sed re, veritate, operibus ipsis doctus ac sapiens sis. Qui nescit pati, nescit dominari, vulgò dicimus: profectò absque magna patientia, nec in rebus humanis quidquam magni efficiens; multò minus in schola proficies virtutis sanctæ. *Lentus & patientia,* inquit S. Chrysost. hom. 33. in Epist. 1. Cor. *est radix totius Philosophia: quocirca dicebat quidam Sapiens: Vir patientis est multæ prudentia.* S. item Gregorius lib. 2. in Ezech. Hom. 21.

Scripto

Scriptum est, sic, doctrina viri per patientiam nascitur: si itaque index doctrinae patientia est; tantò quisquè doctus ostenditur, quantò patientis fuerit. Omnia paucis complexus est Dominus monito suo celeberrimo: *In patientia vestri possidebitis animas vestras.* Luc. 21. *Et gloria ejus est, iniqua prætergredi, subjungit: Patrociniales: quæ obiectum ei fuisset, patientiâ non commendari sapientem, quia pusilli animi & opinione mundi probosum est, fannas, calumnias, injurias æquo lætòque animo tolerare: ut huic respondeat oppositio; & gloria ejus, sive viri docti, ait, est iniqua prætergredi: hoc est, quæ contra se virtuti & patientiæ operam navantem, hinc dicunturque iniquè à stultis; ea prætergredi, ea pede alto transilire, animoque excelso respicere. Quid in ipsa etiam Philosophia gentiliū certius, quam generosi & magni esse animi opus, læsum non lædere? injuriam ferre potius patienter, quam referre? convitiis & calumniis non maledicere, quod quisvis fatuorum si potest facit; sed silentio respondere? Sicut fremitus Leonis, ita & Regis ira; & sicut ros super herbam, ita & hilaritas ejus.* Regum ira ruit ut Leonis, favor & hilaris vultus Regius, uti ardore solis temperanti, & herbam humore succoque pingvi ac fecundo recreanti comparatur. Beda & alii accipiunt hæc mysticè, de Christo Rege Regum, Leone de tribu Juda: qui est, & vel maximè in extremo judicio erit, impis inimicisque suis, terribilis, juxta illud Amos 3. 8. *Leo rugiet, quis non timebit? & ros summoperè amabilis, gratiâ eos & gloriâ, omnique bono in hilaritate vultus sui coronans in æternum.* O Divinissime ros, animam meam herbam tuam aridam & inutilem, irrorare non desine; usque dum fructum ferat immarcescibilem!

Considera 30. Tibique penitus persuade, aliquem ex his omnibus profectum quærendum esse animæ tuæ salutarem & immortalem.

ORACULUM CLV.

Dolor Patris filius stultus: & tædæ jugiter persillantia, litigiosa mulier. Domus & divitiæ dantur à parentibus: à Domino autem propriè uxor prudens. Pigredo immittis soporem: & anima dissoluta esuriet. Qui custodit mandatum, custodit animam suam: qui autem negligit viam suam, mortificabitur. Proverb. 19. v. 13. 14. 15. 16.

Considera 10. Calamitatem hominis, cujus & filius stultus, & litigiosa est uxor: dies hæc illi præsentis: alter etiam futuros, per quem vivere pater post mortem deberet, reddit acerbos. Quem admodum tædæ jugiter persillantia, quæ inhabitas; ita planè litigiosa mulier, cum qua tibi est habitandum, te assidue vexat. Ac domui quidem male tædæ jugiterque persillantia, facilis medebere; quam uxori jugiter rixanti; sequitur enim: *Domus & divitiæ dantur à parentibus; à Domino autem propriè uxor prudens.* Domum ut habeas bonam; & parentum beneficio, & tuâ præstare industriâ, incommodamque potes emendare; ab uxore mala, in quam incidisti, nec parentes, nec opes te illæ liberabunt. Verbum illud quod additur, *propriè, scrutare:* significat ad uxorem prudentem deligendam, tuo tibi juxta & parentum utendum quidem esse consilio; at à DEO propriè solo expectandam potestandamque, illi soli adscribendam; cujus est unicè proprium ea, & singulare donum; qui solus novit, quoniam cui viro sit aptissima, sit maximè congrua mulier futura: potest namque per se bona esse; quæ tibi erit mala. Quòd si tandem undecunque flagello isto gravissimo, à Domino flagellaris; est & huic malo remedium, quò leniri, & in bonum tuum converti possit, nimirum patientia. Sacratem gentilem Philosophum, cum uxore sua Xantippe supra modum contentiosa, pacificè ac tolerantissimè convenerunt, sine dubio audivisti: lege apud Laërtium lib. 2. c. 5. Jurgis & injuriis Xantippes exagitatus assiduis, ad eas jam ita ille occulerat; ut non offenderetur magis, quam si rotæ putealis stridorè audiret: dicitabatque se domi ab ea tolerantiam discere, quæ in publico exercenda foret.

Considera 20. A pigredine immitti soporem; & animam dissolutam esuriram. Sopor in Hebræo ponitur, non qualis qualis somnus; at gravis sopor, seu veternus: Animam dissolutam Septuaginta legunt, *animam otiosi.* Ergo pigritia parit soporem nimium, sopor otiosum reddit, otium inopia famisque mater est. Sopor gravis laxat & dissolvit nervos; atque idcirco enervem, languentem,

ORACULUM CLVII.

Audi consilium; & suscipe disciplinam: ut sis sapiens in novissimis tuis. Multa cogitationes in corde viri: voluntas autem Domini permanebit. Homo indigens misericors est: & melior est pauper, quam vir mendax. Proverb. 29. v. 20. 21. 22.

Considera 10. Si sapiens esse, audireque vis; duo tibi necessariò ad id adhibenda præsidia: consilia prudentum audienda, disciplina, sive doctrina correctionesque illorum suscipienda: quod te moneat, suscipe; quod consulti respondent, attende. *Ut sis sapiens in novissimis tuis.* Chaldaeus vertit: *in fine tuo.* Proprium namque sapientiae tempus est, finis noster & senium. Quare sapiens hanc gnomen, adolescentem juvenesque praecipue, de quibus erudiendis monita ejus praecesserant, quasi exhortatur ad sapientiam sensum colligendam, audiendo consilium, & suscipiendo disciplinam; ut sensum demum perfecti, senectam cum solatio transigere, aliisque junioribus in commune consulere verbis & exemplis suis queant. Sic flumina majora v. g. Danubius, in ortu suo parvus, longius dein progrediens illabentibus in eum undique rivulis adeò excrevit; ut plenum tandem ingensque flumen evadat, multaque se in partes possit effundere. *Bella sunt juvenum, opera virorum, consilia senum,* aiebat Hesiodus: sed quemadmodum nec quilibet juvenis arma; nec vir omnia opera singularia tractat: ita & consilia non senum omnium sunt, ac illorum duntaxat, qui ea perlibenter audierant in juventute, correctionemque parentum, ac seniorum susceperunt. *Multa cogitationes in corde viri: voluntas autem Domini permanebit.* Insigne mortalibus documentum exhibet haec sententia. Mentem, desideria, cogitationes hominum contendit cum sapientia & voluntate DEI: providentiam divinam cum humana. Si cogitata & vota de se, rebusque suis, vel etiam alienis, viri alicujus in mundo nobilioris pervideres; quante tibi turres extructiones; phantasmata, quae portenta rerum futurarum in ejus corde occurrerent efformata! de quibus nihil unquam fiet: humana etenim sunt omnia incerta, fallacia, causis ex sexcentis instabilia: *Voluntas autem Domini permanebit.* Decreta DEI sunt & erunt immutabilia; scientia ejus & dispositiones de rebus contingentibus ac futuris, nobis Angelisque impenetrabiles: creatam nullam mentem secretorum suorum consciam DEUS admittit. Quid vis Astrologos, Ariolos, milleque alios mendaciorum architectos de rebus eventuris consulere? DEO te committe; cujus consilia & providentiam nunquam frustrabis. Vis esse firmus & certus, quòd omnia tibi sint ad votum, & è re tuaventura? cum DEO ambula; in rebus cunctis voluntati ejus unice adhæresce immobilis: verbo monitum sapientissimum Tobiae senioris filio suo à moriente datum sequere: *Omni tempore benedic DEUM: & pete ab eo, ut vias tuas dirigat; & omnia consilia tua in ipso permaneant.* Tob. 4. 20. Qui nihil cogitat, nihil vult, nihil desiderat; nisi quod vult DEUS: est cum DEO suo immutabilis.

Considera 20. Paradoxum non parvum. *Homo indigens misericors est.* Qui non habet ipse; quomodo dabit aliis? Multi multa ex Hebraeae litterae alia & alia interpretatione, deducunt ad hujus paroxisiam sensum eruendum; communior & probabilior videtur esse iste. Indigens homo misericors est; quia, ut ait Lyranus & Janfenius, experientia miseriae suae movet eum ad miserendum aliis, affectu saltem suo, si nequeat effectus: juxta illud Didonis apud Virgil. l. 4. *Non ignara mali miseris succurrere disco.* Causam hanc fuisse, cur DEUS in mundum ad nos salvandos veniens non angelicam, sed humanam assumpsit naturam, notavit Apostolus Hebr. 2. 17. *Debit per omnia fratribus similari; ut misericors fieret.* Sc. Sanctum quoque Petrum labi permissum à Christo; ut compati disceret peccatoribus, passim notant SS. PP. *Senes prona sunt ad compatendum, quia pluribus indigent; similiter & faminae,* inquit Aristot. in Polit. *Homo indigens misericors est,* neque solà voluntatis suae affectione, sed etiam opere; quatenus illius se facultates extendunt: & ex parvo parùm dandò, plus dat aote oculos DEI, quam dives munificentiam suam ostentare magis, quam pauperis misereri solitus. Vidua illa, quae multis divitibus jaçantibus multa in gazophylacium templi, duo misit minuta; plus omnibus misisse judicata est à Christo, dicente ad suos discipulos: *Omnes ex eo, quod abundabat illis, miserunt; hæc*

verò de penuria sua, omnia quae habuit, misit, totum vitulum suum. Marc. 12. in fine. Luc. 21. initio. *Et melior est pauper, quam vir mendax.* Syrus legit: *quam vir dives, qui mentitur.* Ex Graeco addit Lyranus: *melior est pauper justus.* Sed cur dives appellatur praeter mendax? quia montes imprimis pollicetur aureos; praestat nihil: deinde quia negat pauperi & petenti, se quidquam habere, quod possit dare. Tres species odit anima mea; *Et aggravor valde animam illorum: Pauperem superbum; divitem mendacem; senem fatuam & insensatum.* Eccles. 25. 3. Mysticè ac praclare Beda: *Indigentem inquit Dominus; nunquam proximo misereri recusat: de quo & subsequenter annectit: Et melior est pauper, quam vir mendax. Melior est namque humilis corde, qui nihil fidit suis operibus, quam qui se pra excellentia virtutum, viri nomine dignum ducens, fallitur nequius; quòd dum gloriam DEI in se transfert, superbiendo perit bona, quae gessit.*

Considera 30. Quanta in his occurrant vitae tuae perficiendae accommodatissima! Verè miser & infans es; si tantis à Thesauris spiritalibus anima tua recedat egena.

ORACULUM CLVIII.

Timor Domini ad vitam: & in plenitudine commorabitur, absque visitatione pessima. Abscondit piger manus suam sub ascella; nec ad os suum applicat eam. Pestilente flagellato stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientem; intelliget disciplinam. Proverb. 19. v. 23. 24. 25.

Considera 10. Timorem Domini ad vitam animae tuae praesentem & aeternam, plurimum, imò totum, quod optare potes, conferre. Qui timet Dominum, in plenitudine bonorum omnium commorabitur; id est, ut habent Hebraei, *saturabitur ac satietur, absque visitatione pessima:* pro pessima legunt alii *pessimi*, scilicet Cacodæmonis. Commorabitur igitur & iaturabitur anima timens amansque DEUM, in providentiae Divinae sinu quiescens suavissimè; absque omni metu iustitiae eam diaboli, & hostium aliorum. Dicit enim ad Dominum suum: *Dominus illuminatio mea, & salus mea; quem timebo? Dominus protektor vitae meae; à quo trepidabo?* Psal. 26. in principio. *Esi ambulaverò in medio umbræ mortis, non timebo mala; quoniam tu mecum es.* Psal. 22. 4. *Non timebis à timore nocturno; à sagitta volante in die; à negotio perambulante in tenebris; à ab insursu & à demone meridiano.* Psal. 90. Innumera sunt in Psalmis Davidis, & libris Pili ejus Salomonis, in haec sententiam testimonia. Timor & amor DEI sunt virtutes inter se adeò connexae; ut separari ab invicem, si verus est uterque, non possint. Quantum times, tantum amas DEUM: amor æquò ac timor ferri debet in solum DEUM; & propter eum unice in cætera. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus; animam autem non possunt occidere.* Matth. 10. *Qui timet Dominum nihil trepidabit, & non pavebit; quoniam ipse est spes ejus.* Eccles. 34. *Non contristabit justum quicquid ei acciderit.* Explicatur est supra Proverb. 12. 21. *Sancti nominis tui Domine, timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum; quia nunquam tua gubernatione desistitis, quos in soliditate tuae dilectionis insituitis:* Oratio est Ecclesiae Domiaca infra Octavam Corporis Christi.

Considera 20. Quam saepe vapulet piger à Salomone. Nec immeritò: nam & in virtutum, & in rerum humanarum studio, nihil accedià torporèque frigido abominabilius. *Abscondit piger manus suam sub ascella: nec ad os suum applicat eam.* Pro ascella ponunt alii *lebetem*, vel *ollam*; alii *frigorium*, vel *patinam*, cui cum ab igne removetur, supponit manus piger, ut caleat. Alii cum Septuaginta vertunt: *Abscondit in sinu suo axilla.* Infrà cap. 26. repetit hanc gnomen Sapiens huiusce verbis: *Abscondit piger manus sub ascella sua; & laborat, si ad os suum eam converterit.* Quòd significatur inertia nonnullorum esse tanta, ut & ea quae factu facillima, corporisque summè necessaria sunt, v. g. comedere, lavare se, caput pedere, &c. sint labor iis molestus: nè vel tantillo tempore, calore manuum, quem in sinu quaerunt, & suavitate otii, cui indormiunt, carere cogantur. Variablis rem apertius explanare videtur: *Abscondit piger manus in sinu suo; etiam ad os suum non adducet illam: cur? quia nihil, ait, ha-*

debit, quod in os ingerat. S. Gægorius I, 13. moralium, c. 10. & ex illo Bedæ mysticæ: *Pigro, ait, labor est, manum suam ad os porrigere; quia desidiosus quisque prædicator, nec hoc vult operari; quod dicit; manum quippè ad os porrigere; est voci suæ opere concordare.* Sequitur: *Pestilente flagellato stultus sapientior erit.* Pestilens accipitur hic pro derisore atque illullore; qui sacra & sancta omnia ridens, in jocum ludumque vertit, ac subsannat, cum admonetur, & corripitur: præ cæteris proinde stultis malisque summè noxius & pestilens inter homines est; neque verbis sed verberibus seriò castigandus, quò aliis saltèminùs in peccando procaces viso eo casu respiciant, ac sapientiores evadant, quàm pestilens ille flagellatus ut incurabilis nec emendatus. *Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.* Hoc est, quod innuebat Timotheo suo S. Paulus: *Peccantibus coram omnibus argue; ut ceteri timorem habeant.* 1. Timoth. 5. 20. Sapiens ex adverso, sit licet interdum etiam admonendus; sufficit tamen eum verbis, non flagellis corripere: quoniam doctrinam ac disciplinam, quam imbibit, intelliget: *Ratim: hinc subditur: Si autem corripueris sapientem, intelliget disciplinam.*

Confidera 30. Quæ allata sunt repetenda breviter tibi cuncta esse. Quàm miser & infelix eris; si panem salutis æternæ, quem Spiritus S. in his oraculis exponit, mundòque universo frangit, vix vel oculis aut auribus digneris: manus verò tuas complicatas in sinu tuo prorsus abscondas; nec ad os tuum applices eas, ut panem cœlestem manduces.

ORACULUM CLIX.

Qui affligit patrem, & fugat matrem; ignominiosus est & infelix. Non cesses fili audire doctrinam: nec ignores sermones scientiæ. Testis iniquus deridet iudicium: & os impiorum devorat iniquitatem. Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus. Proverb. 19. v. 26. 27. 28. 29.

Confidera 10. Peccatum, quo affligitur Pater, & fugatur mater, esse naturæ omni tam contrarium; ut nullius gentis barbaræ iudicio possit illud honestari, aut Divino in hac etiam vita prosperari: talis enim verò ubique ignominiosus est & infelix. At quæ ratione potuit filius impius, in scelus hoc atrox & immane delabi? versus id sequens docet: cessando nimirum ab audienda & sequenda doctrina patris; ignorando vel obliviscendo sermones scientiæ, viam virtutum demonstrantis. Primum est, quòd audire nolit; secundum, quòd corripere pergentem affligat patrem: matrem verò, cujus monita forsitan crebriora & acerbiora sunt; vel quæ sit imbecillior, planè domo pellat. Aliqui Rabbinorum censent hic vetari nimium Philosophiæ politicæ studium; ac præ illo commoedari scientiam moribus rectè formandis, virtutibusque incumbentem. Sic enim legere volunt in sensu opposito: *Desine fili mi audire disciplinam à verbis scientiæ seducentem.*

Confidera 20. Testem iniquum, & parata derisoribus iudicia. Quòd testis iniquus contemnat floccique pendat iudicium, cuius sententiam pervertere cupit; certum esse, quis non videat? Itaque deridet iudicium; id est legem imprimis DEI, quæ sancit: *non dices falsum testimonium.* add. *Deridet iudicium;* hoc est vindictam Divinam testibus mendacibus, & iustitiæ illudentibus præparatam. 3tiò. *Deridet iudicium:* tegit enim occultatque veritatem, quam Iudices querere debent; & iniquitatem in corde suo celatam servat, effundendam in innocentem cum injuria ejus incredibili. *Et os impiorum devorat iniquitatem.*

Expende potissimum **TD** devorat: quòd verbum & impiis testibus, de quibus oratio præcessit; & aliis iniquitatem ut cibum potumque glutientibus, accommodari rectè potest. Car enim non dicit manducat: sed devorat? Profectò ut explicet, eos avidissimè patrare scelera, eaque in conscientiæ trajicere stomachum, tanta cum celeritate; quanta famelici panem cibumque delicatum devorantes. Lyranus observat pulchrè dici devorat non *mascat*: quia impius non sumit sibi tempus, ut masceat ruminetque iniquitatem; ut expendat scelerum suorum gravitatem, & supplicia illis impendentia, priùs quàm illa deglutiat: ne fortè sentiens peccati amaritudinem, ac venenum in eo latens, illud ocyùs evomat: sed urgente diabolo, sine rubore moraque ulla devorat. In hac eandem sen-

sententiam scriptum erat Job. 15. 16. *Quanto magis abominabilis & inalis homo; qui bibit quasi aquam iniquitatem? scelera gravissima quasi aquam mundam; quasi potum bibit omnium in mundo innocentissimum.* Sic Henricus VIII. Rex Angliæ notissimus, hauriebat peccatum, & jocabatur cum amicis sibi simillimis. Annam etenim Bolenam, quæ ferebatur ipsius Henrici fuisse filia, ducere volens cum amicis sibi verè vivà uxorem, quærebat ex uno eorum: *Quantum foret peccatum, matrem simul & filiam cognoscere?* Respondit ille sacrilego jocòque pari: *Tantumdem, ac pullum cum gallina devorare.* Sanderus in Hist. schismatis Angli. In hos præ omnibus heluones quadrat; quòd subjicitur: *Parata sunt derisoribus iudicia; & mallei percutientes stultorum corporibus.* Nec iudicia, nec malleos hos, nec DEUM credere volle videmini, qui deridetis ista: verùm expectant parata jam, nisi pœnitentiam agitis, hæc vos supplicia. *Quis poterit habitare de vobis, cum igne devorante? Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?* Isaie. 33. 14.

Confidera 30. Si præmiis non moveris æternis; quàm necessarium, ut malleis saltèminùs percutientibus, ignibusque inextinguibilibus, doceare declinare à malo, & facere bonum.

ORACULUM CLX.

Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit sapiens. Sicut rugitus leonis, ita & terror Regis: qui provocat eum, peccat in animam suam. Honor est homini, qui separat se à contentionibus: omnes autem stulti miscentur contumeliis. Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo aestate, & non dabitur illi. Proverb. 20. v. 1. 2. 3. 4.

Confidera 10. Non vinum per se, at usum vini malum nimiumque damnari: potest enim esse medicina, & magnum vitæ, viriumque conservandarum præsidium; potest esse venenum, morbos corporis & animæ mortemque præcipitans. Verùm quia multò pauciores, qui eo rectè, quàm qui perversè utantur; & cum ipsà suà dulcedine alliciti pleròsque, ac delectet mirifice: fit, ut & ebrietas semper, & vinum longè frequentius repræhendatur à prudentibus, quàm commendetur: quorum malorum ebrietas est proxima; eorundem vinum aut sciera dicitur causa esse remota. Quòd millibus mortaliū omnis generis, præstitisset nunquam gustasse, vini que utilitatibus cunctis pœnitens totà vità caruisse; quàm eo, quò fecere modò bibisse? Primus qui gustavit illud, creditur fuisse Noe post diluvium Gen. 9. 20. *Bibensque vinum inebriatus est; & nudatus est in tabernaculo suo, &c.* quem actum, etsi ut hominis vini virtutem nunquam antea, nec in se, nec in alio experti, à culpa saltèminùs majore passim excusent Patres; ostendit tamen & ille, quòd luxuriosa res sit vitium, & tumultuosa ebrietas. Duplex est ergo vini & ebrietatis effectus: alter, qui ad concupiscibilem ut vocamus appetitum pertinet, diciturque luxuria. De quo Apostolus: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Ephes. 5. 18. Alter, qui ad irascibilem; & nominatur ira, tumultuum genitrix: uterque in ramos sexcentos vitiūrum divisus. *Luxuriosa res vinum:* parit etenim luxum, intemperantiam, libidinem omnigenam, prodigalitatem, hilaritatem impudentem & spurcam: neque rationem tantum, hoc est humanitatem omnem tollit; sed pejore quàm bestias conditione, ad vitia nos omnia incendit. *Et tumultuosa ebrietas:* iram siquidem in te tumultumque mirum excitat eo tempore, quo minime irasci & impetere ullum deberes: quippè re maximè imbecillis; furore ardens ut leo. *Ubi ebrietas, ibi diabolus,* inquit S. Chrysostr. hom. 15. ad populum: *Ubi turpia verba, ubi saturitas; ibi demones choreas agunt.* Subjicitur: *Quicumque his delectatur; non erit sapiens.* Non ait, qui bibit & commedit; sed quicumque his delectatur. O turpissimam! ô stultissimam voluptatem! Admiranda, & nisi quotidie visibilis, res foret proflus incredibilis; quòd homines, monstra in quæ ipsos mutat vinum toties contententes, possint illò delectari, & se ingurgitare! Quomodo poterit sapiens & homo frugi esse; qui toties sapientiam, imò & rationem omnem spontè suà prædilat? *Gutta cavat lapidem: tot guttæ absque omni necessitate insulæ, delictum cerebrum tuum non hebetant?* Primus est minimusque, sed summè necessarius ad sapientiam & virtutem gradus, non delectari vino. Genes populi que orbis terræ, quò prudentiores, hoc minis semper huic foedo vitio deditæ,

Confidera 29. Tres reliquis allata parcemia. *Sicut vultus leonis, ita & terrarum Regis; qui provocat
eum, peccat in animam suam. Quod leo inter animalia; inter homines est Rex: cui reverentia & timor,
Divina etiam lege debetur. DEL enim minister est, tibi in bonum; si autem malum feceris, time; non enim
sine causa gladium portat. Sc. Rom. 13. Quom Latini Regem, Græci Tyrannum nominabant; quod
postea vocabulum, crescente Principum iniquitate, ad malos duntaxat suaque abutentes potestate Prin-
cipes translatum est; quibus magna cum virtute suisque commendatione resisterunt interdum viri
sancti non provocantes iram eorum, sed furentibus in legem DEI cum ejusdem auxilio se opposcentes:
ut ALEXANDER Pontifex Regi ORIAE in proprium sacerdotum munus, utpotè adolendum DEO incensum, in-
gerere se tentanti: vide lib. 2. par. c. 26. Pontificis huius factum heroicum S. Joan. Chrysof. hom. 5.
de verbis illarum ita dilaudat: *Non aspicebat principatus fastum; non expendebat, quanta res esset animum
cupidine temulentum cohibere; non audiebat illud Salomonis: mina Regis sicut ira leonis; sed sublatis oculis ad
caelum, eisque parvis considerans, illudque tribunal; & his cogitationibus sese muniens, impetum fecit in Tyran-
num. Noverat enim noverat inquam, quod comminatio Regis similis sit iræ leonis, duntaxat his, qui terram
spectarent: verum homini, qui caelum haberet præ oculis, quique sic induxerant animum; ut vitam citius depo-
neret, quam sacræ leges conspiceret violari: qui quo vis cane vilior erat illo. Nihil enim illo imbecillius; qui
Divinas leges contulcat: & contra nihil potentius eo, qui leges Divinas defendit. Nam qui peccatum committit,
servus est peccati, etiam si decem millia coronarum habeat in capite. Rursus si quis facit iustitiam; ipso Rege rega-
lior est, etiam si omnium fuerit infimus. Hæc dicit Os aureum. Honor est homini, qui separat se à contentioni-
bus: omnes enim stulti miscentur contumeliis. Pessimè igitur iudicant: qui cessare à lite, à contentione, à
jurgis priores voluit; nè inhonesti esse vidique ab adversario existimentur: odia & rixas maleantes im-
mortales; quam pacem & charitatem. Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æstate, & non da-
bitur ei. Spiritus Sanctus sub symbolo agriculturæ profanæ, spiritualementer dubium vult nos docere;
in quam gnomo propoſita quadrat aptissimè. Nunquam enim verius est, quam in ista; quod hyeme
arare nolentes, si mendicaverint æstate, nemo daturus sit eis. Per æstatem quippe vita futura, per hye-
mem vita præſens intelligitur; quæ finita, eleemosynæ ac misericordiæ alicujus obtinendæ, tempus non
erit amplius. Cum accipero tempus, ego iustitias iudicabo. Psal. 74. 3. Quæ nunc seminaverit homo; hæc
solâ in ætate illa beata metet, hæc sola comeder. Guttam aquæ mendicabat dives ille infelix ab Abra-
ham & Lazaro in sinu ejus; neque potuit impetrare. Luc. 16. chaos enim magnum inter nos & vos
firmatum esse in his omnibus, dici sibi audivit. Agimus hyemem in hoc sæculo, tum ob asperitatem te-
nebrarumque temporum nostrorum; tum ob laborum quibus fruges quieti æternæ servituras quærere de-
bemus, molestiam: in æstate verò sequenti, calligine præſenti disculſâ, fulgore solis Divini caloréque
perpetuo clarescentes, messe omnis felicitatis fruemur; in æternum canaturi: Jam hyems transiit, imber
abiit, & recessit; flores apparuerunt in terra nostra. Cant. 2. 11. In exilio euntes ibant & siebant midentes se-
mina sua, venientes autem (in patriam) venient cum exultatione portantes manipulos suos. Psal. 125. 6.
Ex Hebræorum proverbio, qui non parat in vespere sabbathi, sive in hac vita, quod edat in sabbatho suc-
cedente; non commedet in sabbathi cœlestis quiete sempiterna. Propter frigus noluit arare piger. Pi-
ger, inquit Hugo Cardinalis, hoc est anima tepida, noluit cordis sui agrum aratro pietatis profcin-
dere; honorumque operum semine conferere; mendicabit igitur in die iudicii; esuriet sitiétque per
omnem æternitatem: & non dabitur ei. O infelicissimum hunc pigrum, propter frigus adeo parvum,
ac breve non superatum, ad intolerabilia & interminata gelua condemnandum! ob laborem modicum
neglectum, famem passurum ut canes, nullo unquam cibo levandam.**

Confidera 30. Ut nihil aliud dicam chaos illud magnum, inter electos & reprobos in æternum fir-
matum; quod historia Epulonis & Lazari Evangelica insinuat: cujus tu, si sapiens animæque tuæ con-
sulere serió velles; in diebus tuis oblivisci nunquam deberes. Magna inter illos in tempore; sed ma-
xima infinitaque in tota æternitate differentia. Peccator videbit, accommodare in hanc rem non malè
possumus verba ultima Psal. 112. Peccator videbit in die iudicii beatos cum Regno suo in thronos cœlestes
conscenduros; & irascetur: dentibus suis fremet & tabesceet: desiderium peccatorum, id est fames & sitis
beatitudinis irreparabili & ineffabili damno rebus ex ludicris amissæ, peribit.

O. A. M. D. G.

